



# **Elenchus sanae de eucharistia doctrinae atque fidei, ab incommutabili tam sententiarum qua?m connexionum veritate instructus ad Augustini praescriptum**

<https://hdl.handle.net/1874/425008>

ELENCHVS  
SANAE DE EVCHA-  
RISTIA DOCTRINAE AT-  
QUE FIDEI, AB INCOM-  
*mutabili tam sententiarum quam connexio-*  
*num veritate instrutus ad Au-*  
*gustini præscriptum,*

per

ELIAM PALINGENIVM.

Lex Theologici Elenchi  
1. Iohann. 4.

*Nec cuius Spiritui credatis: sed probate  
Spiritus, an ex Deo sint.*



HEIDELBERGÆ.  
D. M. LXXV.

А. О. А. А. А. А. А. А. А. А.

3

# ORDO LIBRORVM ET CAPITVM HV. IVS OPERIS.

Diallage licet Eucharistica ex Hiobi & ami-  
corum contentione & vāγωγῶ̄ deducta.  
folio 19.  
Deratione Epigraphes Elenchi huius. fol. 58.

## LIBER PRIMVS.

- 1 De regula sanæ doctrinæ & fidei in re Eu-  
charistica ad discernendum à vero falso  
apprimè necessaria. fol. 68.
- 2 De veritate sententiarum in re Euchari-  
stica. fol. 82.
- 3 De veritate fidei catholicae in Eucharistia.  
fol. 86.
- 4 De spe Christianorum in Eucharistiæ my-  
sterio corroborata. fol. 117.
- 5 Quomodo cœna Domini recte diuini erga  
homines amoris pignus dicatur? fol. 122.
- 6 Denostro erga Deum amore in Euchari-  
stia excitando. fol. 126.
- 7 Defraterna charitate inter homines mu-  
tua in Eucharistia spectanda. fol. 128.

A 2

8 De

- 3 De regula duplicitis charitatis, deq*uis*, qu*a*  
contra hanc possint obijci. fol. 132.

## LIBER SECUNDVS.

- 1 De veritate connexionum in re eucharisti-  
ca. fol. 140.
- 2 De duplicitate connexionum veritate. fol. 146.
- 3 De veris connexionibus verarum senten-  
tiarum in negotio cœnæ dominiicæ. fol. 150.
- 4 De connexionum veritate in contrariis op-  
inionibus de Eucharistia ad absurdum du-  
centibus. fol. 159.
- 5 De falsis connexionibus in sententijs alio-  
qui veris. fol. 164.

## LIBER TERTIVS.

- 1 De signis & significationibus diuinæ volun-  
tatis in Eucharistia. fol. 196.
- 2 De duplicitate significandi per verbum  
Dei, & scripturam sacram in Euchari-  
stia. fol. 205.
- 3 De summa Legis & Euangeli proprijs ver-  
bis in scripturis sanctis enunciata. fol. 213.
- 4 De summa Legis & Euangeli figuratis  
verbis.

- bis in scriptura comprehensa. fol. 217.  
 De varietate locutionum in re Eucharisti-  
 ca & concordia Euangelistarum. fol. 222.

## LIBER QVARTVS.

- 1 De verbo Dei accedente ad elementum, ut  
   existat sacramentum. fol. 227.  
 2 In Catachresin nominis sacramenti. fol. 230.  
 3 In quo rerum ordine sacramenta collocen-  
   tur. fol. 235.  
 4 Cur sacramenta dicantur visibilia verba?  
   fol. 239.  
 5 De vulgari definitione sacramenti. fol. 242.  
 6 Departitione sacramenti. fol. 246.

## LIBER QVINTVS.

- 1 Denotatione Eucharistiae. fol. 249.  
 2 De definitione Eucharistiae. fol. 256.  
 3 Departibus Eucharistiae. fol. 259.  
 4 Decognitione nostri per Spiritum sanctum  
   excitanda in Eucharistia. fol. 263.  
 5 De iustitia fidei per Christum in Euchari-  
   stianobiscum communicata. fol. 265.

A 3      SACRA

6

SANCTAE IE SV  
CHRISTI ECCLESIAE AD.  
HVC IN TERRIS MILITAN.  
ti, & sanctæ eius posteritati, Salutem à  
DEO Patre per Dominum no-  
strum Iesum Christum.

**N**ON eram nescius, quum  
hoc scriptum adornarem,  
intēperie quorundā māle  
fieriotorum, hodie lingua,  
stylo, alicubi etiā māu atq;  
ferro, super genuiana Eucharistici my-  
sterij explicatiōne digladiātum, rem  
ēd acerbitatis pcessissc: vt multi lon-  
gis & dubijs cōflictibus certando de-  
fessi, alij auscultandi, legēdi, spectandi  
tædio affecti, pleriq; impendentium  
periclorum metu territi, communi-  
bus votis, & suffragijs in vnam ppetui  
deinceps de hac tota controuersia si-  
lentij legem tacitè conspirent: haud  
secūs ac quōdam ciuitas Athenarum  
ex graui diuturnoq; bello, quod pro  
Salaminijs aduersus Megarenses ges-  
scrat, fatigata māleq; aliquoties acce-  
pta,

pta, plebiscito tandem capitale esse  
fanciuit, si de vindicanda Salaminio-  
rum Insula amplius ad populū refer-  
retur. Postea quoq; eadem ciuitas tri-  
ginta Tyrannorū imperio per Trasy-  
bulum liberata, præteritarum discor-  
diarum memoriā omnem obliuione  
sempiterna delendam censuit: talem  
<sup>et uixi ap</sup> tanquam vnicum sedandę in  
Ecclesia dissensionis, restituendaeque  
pacis fundamentum, viris in Repub.  
prudentibus & moderatis valdè arri-  
dere animaduerto.

Et sanè posset fieri, si, quæ vtrinq; de  
re controuersa hucusq; cōtentiosius  
fortasse quam vtilius in vulgus edita  
sunt, cōmuni consensu oblitarētur,  
& partibus iustitium pariter indicere  
tur: fieri sic, inquam, posset, vt Ecclesiæ  
haleedonia ab hac tempestate aliquò  
vsque concederentur. Verùm enim  
uero, si vel maximè trāquillitas ad tē-  
pus ista duraret: nihilominus adhuc  
periculum foret, ne malè sedata dis-  
sensio in maiorem aliquādo turbinē  
erumpens, nauem Ecclesiæ vchemen-

tius quām nunc quassaret: sicut Amy-  
cleos suo perijſſe silentio accepimus:  
qui & ipsi falſo hostiū aduenientium  
nuncio iterum atq; iterum dclusi, si-  
mulac interdicto cauiffent, ne quis  
apud ipſos denuo hostium aduērum  
quomodocūq; ſignificaret: liberarūt  
eo pacto ciuitatem aliquamdiu inani-  
metu, vt nullus ab hostili incuſione  
rumor ipſam perterrefaceret: quod  
antea ſepius ſed fruſtra fieri cōſucue-  
rat. Interca verò dum ſecuritatē cum  
discrimine coniunctam p̄eoptant, &  
nullā prorsus monitionē admittere,  
quām inaniter ad hostiū expeditio-  
nem exergefacti identidem accinge-  
re ſe malunt: in eo nudos atque iner-  
mes ſeſe vltro insidijs & p̄adæ inimi-  
corum obiecerunt.

Ego verò certus nullam ſapiētiam,  
nullā prudentiā valere contra Domi-  
num, Deoq; execrandoſ ac detestabi-  
les haberi, quotquot capere cōſilium  
at non ex ipſo audent: experientia re-  
rum magistra didici, quām infeliciter  
haſtenus Eucharisticae litis cōpositio-  
tentata

9

tentata toties maiori ferè cum ludi-  
brio semp̄ quasi interrupta, finē opta-  
tū conseq̄ non potuerit; proinde neu-  
tiquā mihi persuadeo nec polliceor,  
vel hanc nostrā, vel aliam vllam huma-  
nam opē isti vulneri sanādo sufficere.  
Cum enim in quacūq; disciplina im-  
medicabilis pestis existit cōtentio de  
dogmatibus, ambitiosa præsertim,  
quando homines &νδάστεις ἢ ιδιογνώ-  
μονες opinionem parùm sinceram se-  
mel imbibunt, eamq; pugnacissimè  
defendunt; id quod Princeps medico  
rū Galenus, vt si quis alias epiphone-  
mate elegantissimo expressit ad hunc  
modum: οὐτως ἔρχεται πότερον τοι κα-  
κοὶ εἰς μή περί τὰς αἰρέσεις φιλοτιμία καὶ  
δισκηνηπτορεῖς εἰρτοῖς μάλιστα καὶ τώρας ἀπά-  
ριτος δυσιατρώτερος: Tum verò in profes-  
sione religionis & in Ecclesia maxi-  
mè nocens & periculosus hic morbus  
est, Paulo prohibēte captare & sectari  
logomachias, κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεως  
της τευχωνύμου γνώσεως superuacancas  
item conflictationes ac disputationū  
pugnas nunq; finiendas: vt hō inepit  
gangre.

gangræne cōparetur ab Apostolo, sermo hominū circa stultas & ineruditas q̄stiones insanientiū: præterquam enim quòd tales nihil ædificant, ad maiorem impietatem indies proficiunt, nec ipsi solūm à veritate aberrant, sed & q̄uorundā fidē subuertūt.

Reigitur nōdum iusta ratione dīsceptata & excussa, vtut silentiū decreto publico imponatur ac impetretur: tantū abest, vt contētionis incendiū intra hos silentij fines continetur: vt suppressum magis, quām restinctū in maiorē flammā sit erupturū & multò longius ac latius grassaturū, atq; adeò partes adhuc incolumes correpturū. Nisi enim veritas rectè proposita conuicerit, & ab altercationibus cohibuit præpostero zelo iurgantes: (q̄ erroris est confidentia & temeritas,) putabunt audaculi obstrependo p̄sistare sc̄lū Deo, & pericula q̄libet subeūdo laudē constantiæ ac fortitudinis aquipabuntur, & velut equi ferocientes atq; indomiti, repagulis refractis citato gradu in plenū cursum sese effundent.

Ecquid

Ecquid ergo, dicet aliquis, habent  
 contentiosis laxandæ sunt, ut cuius  
 quoad libuerit, Ecclesiam perturbare  
 liceat? Scio equidē, quidnam Iosas Gi-  
 deonis pater suis ciuibus repetētibus  
 filium eius ad pœnā propter dirutam  
 aram Baal, responderit: Num vos age-  
 tis causam Baal? Si Deus est, vlciscatur  
 se de eo, qui diruit aram ipsius. Scio  
 edictum Domini volentis relinquī, &  
 crescere zizania in agro Ecclesiæ usq;  
 ad messem. Scio denique Gamalielis  
 consilium moderatum dicentis: Si ex  
 hominibus est opus hoc, dissoluetur:  
 si ex Deo est, nō potestis dissoluere.  
 Hinc inferunt nōnulli, quia Deus sibi  
 ad asserēdam suam veritatem & erro-  
 res extirpandos sufficiat, nostrū esse  
 Deo committere veritatis negotium:  
 ne illi diffidere aut repugnare etiā re-  
 periamur. Nos verò Deo non diffide-  
 mus aut repugnabimus: si quā quisq;  
 tenetur, rebus fractis aut inclinatis  
 opem tulerit. Expressis enim Dei man-  
 datis opera & diligentia regritur ma-  
 gistratuū politicorum & ministrorū

**Eccle-**

Ecclesiæ, ut è medio populi malū ex-  
terminetur. Magistratui non frustra  
**Deut. 13.** portantigladiū præcipitur, vt interficiat quemcunq; hominem nitentem abducere alios à via, quam præscripsit Dominus. Ieremiæ iniūgitur, vt euclat & extirpet, vt perdat & dissipet, vt ædificet ac plantet. Paulus quoq; vult Episcopum non modò διάκονον sed etiā ἐλεγχοντα esse, qui valeat obturare os cōtradicentibus veritati. Vt cūq; verò ciuibus magistratus, vnā cum fidelibus verbi ministris bonā operam nauerit: nihilominus adhuc plus satis zizaniorum in agro dominico remanebit & excrescet: vbi si quis videbit omnē suā curam, oleum & operā perire: tum demùm soletur se hac cogitatione, quòd plenam offendiculorum dissipationem Deus in tempus destinatum sibi reseruet. Cæterū tametsi litis Eucharisticæ seges nōdum fortasse maturuisse videatur: quia sic multiplicia peccata nostra merentur, vt Deus tam efficacem permittat Satanae illusionē, donec deceptio iniurietur

initia reueletur, & è medio tollatur  
 suo tempore: idcirco tamen pijs ho-  
 minibus cessandum non est, si quid ad  
 detectionē diabolicarum fraudum &  
 Ecclesiæ pacē conferre queant. Quòd  
 si Deo stat sententia omnino (quod  
 nos ignoramus) Satanæ furoribus nō  
 repressis fræna laxare: ferendū erit iu-  
 stum Dei iudicium, & silentio expe-  
 sandum tempus misericordiæ. Quo-  
 niam verò certò scimus, Deum non  
 dolentibus super cōtritione Iosephi,  
 neq; in ruptura coram Deo stantibus  
 pro ipsa terra quò minus vaftetur, val-  
 dè succensere: occurrendum est malis  
 etiam diuinitus immissis & laboranti  
 Ecclesiæ cōsulendum, sed iusta ratio-  
 ne. Quòd si parum pfeccerimus, ne ta-  
 men debilitemur animis: quia opera  
 nostra piè suscepta & locata non mi-  
 nus laudabitur, quām diligens atq; fi-  
 delis curatio corpori malè habenti à  
 medico adhibita, si vel maximè defi-  
 ciat. Compertū est autē ægrotorum  
 impatientia, intemperantia, inobe-  
 dientia s̄pē numero fieri, vt remedia  
 etiam

*Amos 6-*

*Ezech. 22.*

etiam salutaria, apteque; apposita, non  
modò nihil conferant ægrotantibus  
ad salutē, sed in venenū propemodū  
cōuertātur. Quod ipsum mihi quoq;  
iampridem in re præsenti tam odiosa  
præsertim, prouidenti quām esset tu-  
tum silentij præmium, mctuentiq; ne  
quod à me ad restinguendum cōten-  
tionis æstum propinatur, quorsudam  
morositate prauitateq; in deterius ra-  
piatur, sèpius venit in mentem, quod  
& Ieremias Propheta secū voluebat,  
*Jerem. 20.* dicens: Quandoquidem verbum Do-  
mini probro & omnibus diebus vitu-  
perio mihi vertitur, statui mētionem  
eius vltra non facere. At vt illi, sic &  
mihi sermo Domini penetratior quo  
uis ancipi gladio pertingebat vsque  
ad animæ diuisionē, & existebat tanq;  
cohibiti ignis incendiū, vt continere  
me laborarem, nec possem. Quoties  
enim clangor ille cœlestis buccinæ,

*Ies. 62.* quo excubitores super muros Hiero-  
solymæ constituti excitantur: ne villo  
pacto sileant, sed die nocteque in mé-  
moriā illi reuocent, quæ ad pacem,  
salutem,

salutem ; honoremque eius pertin-  
dunt : quoties, inquam, haec vox auribus meis intonabat , summo studio  
alacritateque in hanc sententiam ibam : propter Zionem non tacebo.  
&c. Spiritus enim , vt ille ait , agit in hominibus , & afflatus optimi maxi- *Job. 32*  
mi docet eos.

Ridebor tamen forsan , quod illi  
me comparem , qui plenus diuina sa-  
pientia & eloquentia verè de se iacta-  
re poterat : Spiritus ventris angit me ,  
& Venter meus rumperetur , vt noui  
vires cum vino spiraculum non ape-  
titur. Ridear vero , imò etiam insa-  
nus ( vt Solon ) habear : mea profectò  
nihil interest , dummodò Dei glori-  
am , & decus Ecclesiæ quæsiisse depre-  
hendar . *Job. 32*

Alij , quibus cordi est in literaria  
palæstra seu theatro Ecclesiæ certa-  
men pro victoria veritatis suscipere ,  
ne cogitent , sibi hac mea qualicun-  
que opera vel moram injici , vel lau-  
dem præripi . Ego enim is non sum ,  
qui putem , cuique negari debere aut  
posse ,

posse, hoc stadium currere, aut cursum semel initum animo minus alacri tenere, nisi fortasse currendi imperito. Siquidem semper concessum fuit, ut quam quisque nosset artem, in ea se exerceret. Optandum certè foret, si & hīc fieri posset, quod sensit ille, qui felices futuras artes dixit, si soli artifices de ijs iudicarent. Nunc verò eorum, qui currunt sta-

*1. Corin. 9.* dium, ut ait Apostolus, Pariter quidem omnes currant, vñus autem accipiat brabeum: Curramus sanè & nos: at sic ut apprehendamus. Legitimè enim certare, hoc demùm opus, hic labore est, de quo præcipit Apostolus. Quanquam ego hac in causa non tam cursu cum alijs contendere, quam currentibus calcar subdere & hoc veluti celestis mei ordinis homines, ad concordiam, sinceraque fidei studium cohortari institui: ut inter tot contentionum fluctus, peritos imitati nautas, subinde ad Cynosuram æternæ veritatis per densissimas nebulas, ligatos ca-

Uginosæ noctis interdum effulgentem respectent, & scopulos quibus nonnulli hac tempestate illi si naufragium fecissent, præuecti, salui in portum perducantur.

Queretur forsan aliquis huiuscmodi scriptionū de Eucharistia magna promittētium, nullū hodie nequod modum, neque finem inueniri: cùm pietatis exiguus inde prouentus sequatur. Esto, Metamen nescio, quo pacto animauit Augustinus, vt pergerem in hoc proposito, lib. I. de Trinitate, cap. 3. sic scribens, Vtile est plures libros à pluribus fieri diuerso stilo, nō diuersa fide, etiam de quæstionibus eisdem, vt ad plurimos res ipsa perueniat ad alios sic, ad alios autem sic &c.

Cum igitur in hoc autoschediasmate id vel in primis dederim operā (quod & Augustinus primò teneri, & in omnibus scripturis summa vigilātia custodiri vult) vt secundum fidem sacramenti expositio: Nihil spero periculi fore ex præsenti tractatione,

quam congruere per omnia veritati,  
 vel attestatione rerum manifestarū,  
 vel alijs sanctorum scripturarū locis  
 minimè dubijs asserere conatus sum.  
 Siue ergo (quod mihi maximè in vo-  
 tis fuit) voluntatem Spiritus sancti in  
 Eucharistia per omnia assequut⁹ fue-  
 ro: siue aliam de verbis Domini sen-  
 tentiam, quæ tamen rectæ fidei non  
 refragetur, exculpsero, testimonium  
 habens à quocunque alio loco diu-  
 norū eloquiorum ex occasione pro-  
 fundæ obscuritatis, nihil aliud profe-  
 retur in medium à me, nisi quod plu-  
 rimis eiusdē diuini verbi testimonijs  
 approbetur.

Sin omnino vanus & inquietus  
 (quod Deus prohibeat) obstrepere  
 veritati visus fuero: nihilominus do-  
 nabit Deus, ut suis prospicit, non solum  
 quod docet Veritas, verum etiā quod  
 obstrepit vanitas: ut cum responde-  
 bitur inquietissimæ vanitati, auscul-  
 tetur sincerissimæ veritati. Ut sit,  
 ego memetipsum cū Augustino his  
 annumerō, quibus scribit Apostolus:

Et si

Et si quid aliter sapitis , id quoque  
De' reuelabit : Nec pigebit me, sicubi  
hasito, querere: nec pudebit, sicubi  
erro, discere.

DIALOGUE LITIS EVCHA-  
RISTICAЕ EX HIOBI AMI-  
corum contentionе αναγωγи-  
κως deductа.

QVVM Deus Opt. Max. olim ad-  
mirabili planè consilio iustóq;  
indicio suo Hiobum varijs ærumnis  
exercerit atque concuti pro Satanæ  
instigantis libidine permisit : graue  
inprimis ac insolens prudentiæ car-  
nis apparere , quod benignissimus  
Dominus, & remunerator piorum o-  
mnium , pateretur egregium illum  
cultorem suum liberis orbari, facul-  
tibus exui, toto corpore à planta  
pedis ad verticem vsque exulcerari:  
In quibus omnibus fortiter perferen-  
dis cum Hiobus aliquandiu magna-  
num se præstisset : hoc longè ad-  
huc indignius ac crudelius videri , φ

B 2      idem

**idem** gubernator vniuersorum con-  
 cederet præterea malo genio, vt ho-  
 minis iam tum plusquam satis afflicti  
 animum ægrum, modò vxoris (qua-  
 sola ex omnibus bonis misello ad so-  
 latium reléta, socia & subleuatrix ca-  
 lamitatū adesse debebat) acerbissima  
**exprobratione** irritaret: Modò ami-  
 corum (qui ad condolendum & con-  
 solandum aduenerant) virulenta ad-  
 modum insectatione pungeret, tan-  
 tūmque non in extremam despera-  
 tionem conijceret. Miserabile tamen  
**omnium** maximè existere, tantum  
**virum**, qui tot malis superior, laudem  
 meruerat, & firmam de benevolentia  
 erga se Dei fiduciā & spem in summis  
 aduersitatibus retinendo, causam cō-  
 tra amicos meliorem, Deo ipso iudi-  
 ce. defenderat: eum inquam de gradu  
 tandem vsque eo deiici, vt in manife-  
 stas & horrēdas blasphemias proru-  
 pens, causam bonam malè agendo  
 corrumperet, dum, quod erat iu-  
 stum, ratione non omnino iusta per-  
 sequeretur.

Verū

Verum enim uero in singulis omni-  
 bus istorum placuit haud dubie di-  
 uinae prouidentiae, documenta & ex-  
 empla, cum eius aetatis hominibus,  
 tam maximè posteris ad sempiternā  
 memoriam ante oculos ponere, qui-  
 bus admoniti de rebus aliter ac vulgi  
 fert opinio euidentibus rectius iu-  
 dicare, maiorique sobrietate & reue-  
 rentia religionis negotia tractare dis-  
 cerent: si quando etiam veritatis stu-  
 diosorum animi cōtrarias in senten-  
 tias (quod fit nonunquam) distrahe-  
 tur: ut tunc prauis cohibitis affecti-  
 bus in cognoscēdo prudentiam, mo-  
 destiam in decernendo, in reprehē-  
 dendo mansuetudinem, in sustinēdo  
 denique æquanimitatem & toleran-  
 tiā adhibere consuescerent. Nam  
 hic rerum est humanarum in hac vitæ  
 vicissitudine quasi Euripus, vt iuxta  
 Salomonis Ecclesiasten, nihil ferē  
 non existat sub sole: quinque seculis  
 aliquot retrò præteritis dictum fa-  
 ciumque est, in gyros quodammodo  
 temporibus subsequētibus recurrere

*q. Esdr. 5.* Videatur. Quare non incepte quidam iudicia Dei assimulari circulo dixit. Si quis enim quae hodie geruntur obseruet, is facilè cernit, quam sint, licet non per omnia, saltem aliquatenus in moribus antiquorum penè ad vnu expressa: vnde ad posteritatem, usus minimè contemnendus redire queat, modò mentis aciem diligenter aduertendo intendat.

*Ierem. 7.* Sic olim Ieremias Propheta Iudeos sui temporis vocabat ad considerandum Reipublicæ & religionis statum, qui fuerat seculo Eli summi Pontificis & Iudicis in Israël, quando tabernaculum testimonij cum arca foederis habebatur in Silo: Indeque relabat tum præsentia estimari. Et recte viri de senioribus terræ ad Ezechias ætatem prouocabant, sub quo Michæas *Ierem. 36.* Morastithes Sioni & Hierosolymæ futuram vastationē longè antè impunè prædixerat, quam Ieremias in simili planè causa capit is discrimin intertaretur. Christus quoque reuocat nobis in memoriam mores hominum diluvio

diluicio extictorum. Idem Sodomiz  
 tarum, & similiū exitum res nostras  
 sortituras præmonet. Paulus nobis, <sup>Roma. 13.</sup>  
 qui Christiani sumus, populum vete. <sup>1. Cor. 10.</sup>  
 rem Israëliticum in exemplum pro-  
 positum esse testatur, & expressè af-  
 firmat, quæcunque veteribus conti-  
 gerint, figuræ nostri extitisse, inquæ  
 nostram doctrinam, consolationem  
 correctionem præscripta esse, in quos  
 termini seculorum inciderunt. No-  
 minatim autem Hiobi patientia, &  
 amicorum eius (quos liber Tobiæ re- <sup>Tob. 2.</sup>  
 ges appellat) insultatio memoriæ di-  
 citur esse in hoc prodita, vt posteri  
 inde sua dicta factaque forment, ac  
 emendent. Decerpit ergo, quos quis  
 volet, è reliquis Hiobi temptationibus,  
 cuiuscunque vel doctrinæ, vel solatij  
 fructus, siue ad instituēdum dirigen-  
 dum uevit cursum, seu ad moderan-  
 dum luctum, aut qualemcunque do-  
 lorem suū. Ego quidē certè, quoties  
 illius & Antagonistarum certamina  
 multò acerrima, cum indesinenti  
 Theologorum nostrorū rixandi, con-  
 B 4 uitiandi,

uitandi, condemnandi cōsuetudine  
**confero**: Id, quod à me sāpius, nec  
 absq; gemitu, factitatum esse, Deum  
 testari possum: semper mihi videor  
 in illis, controuersiæ de Cœna Domi-  
 ni inter Euangelicos (quos vocat ho-  
 die) non motæ primūm (quum antea  
 in Ecclesia iterum atque iterum eadē  
 efferbiisse legatur) sed resuscitatae &  
 ingenti hucusq; spiritus atque viriū  
 mole vtrinque agitatæ, nec ita leuiter  
 rationis humanæ consilijs finiendæ  
 faciem intueri: Multa enim penitus  
 in dissimili arguento, quæ nos  
 in Eucharistico negotio ad humilita-  
 rem Deique timorem, ad sanctæ fidic  
 prudentiam & ingenuam simplicita-  
 tem, ad mutuam etiā inter nos ipsos  
 caritatem & concordiam erudiant  
 & componant, si alieno potius quam  
 proprio experimento & periculo fa-  
 pere in animum inducamus. Nos sa-  
 nè quotquot aliorum erroribus atq;  
 vitijs deprehendendis Linceo perspi-  
 catores, proprijs næuis agnoscendis  
 talpa

talpa cæciores sumus; in illis saltem,  
 quæ de rebus ante actis à maioribus  
 veluti per manus tradita accepimus,  
 tanquam in speculo contemplari de-  
 bebamus: quis & nos genius interdū  
 in similibus negotijs agere soleat, qui  
 alias manticæ, quod in tergo est, in-  
 spicere minimè valemus, atque adeò  
 hoc ipsum nobis indicari ab alijs æ-  
 grè sustinemus. Hanc ingenij huma-  
 ni morositatem compertam habens  
 spiritus sanctus, quò faciliùs accitiùs  
 insinuet, quod nos scire vult, aut etiā  
 vt ex ore proprio homines coarguat,  
 cùm res ipsas, tum personas transfor-  
 mat, vt interim dum aliud agi putāt,  
 iudicio per affectus non corrupto, ve-  
 titatem libentiùs amplectantur, &  
 quod est iustum, pronuntient. Sic  
 Nathan admonitus Dauidem sui  
 sceleris in Vriam & vxorem eius per-  
 petrati, parabola proposita adduxit  
 regem eò, vt scipse damnaret. Sic A-  
 chab rex impius ob dimissum Benha-  
 dad reprehendendus, iudiciū cōtra se  
 tulit, in causa, q̄ ei à Propheta propo-

B s      ncbatur

nebatur tanquam aliena. Sic Christus per parabolas expressit Iudeis veri cōfessionem, quam aliās haud ita facile eis persuasisset. Cūm igitur exempla tam facta quam vera, tantam in omni revim admouendum habeant, ut inuiti sēpē nec opinantes facile assensum veritati alieno orationis habitu induitae præbeamus: quod aliqui nimis odiosum erat futurum his præsertim moribus & temporib⁹, si nominatim eos, qui nostra memoria vel vixissent vel adhuc viuerent, in exempla tum laudis ac imitationis, tum fragilitatis atque cautionis protraherem: hoc ego Metamorphosiam personarum, quam rerum è diputatione Hiobi & amicorum in medium producta, in quæstione Eucharistiae facere institui.

Nusquam enim (quod equidem norim) simile exemplar Theologicæ disceptationis in literis sacris extat, quod ita numeros omnes Eucharistæ concertationi habeat respondentes, ut hæc longa & morosa Hiobi & amicorum

amicorum conflictatio. Suscepit ergo  
Deo auspice atque duce inde ceu ex  
archetypo speciem & formā Eucha-  
risticā cōtentioñis adumbrare: quęq;  
illuc digna laude visa sunt, nobis ad  
imitandum proponere: & è regione  
contraria, non nisi, ut emendentur,  
aut deuitentur, oculis omnium sub-  
iūcere.

Principio maximè est memorabi-  
le, quod liber Hiobi depingit Deum,  
ut agnotheten ac præsidem cunctorū  
istorum certaminū, tam quæ verbis,  
quam quæ factis ipsis Hiobus susti-  
nuit. Illius nimirum nutu gubernan-  
tur, quæcunq; Satan pessima volun-  
tate & consilio per sua instrumenta  
aduersus Hiobum molitur. Conniv-  
et quidem Dominus & silet donec  
Satan è minimis quibusdam scintil-  
lis exortum contentionis ignem suis  
flabellis in tantam incendij deflagra-  
tionem inflammat, vt nulla amplius  
ope humana restingui posset. Ad ex-  
tremum tamen Deus ipse litem diri-  
mit & abrumpit.

Interim

Interim Satanæ ad nocendum pijs  
 hominibus alacritas , promtudo,  
 potentia, versutia variè in Hiobi ad-  
 uersitatibus, nunc apertè, nunc oc-  
 cultè in actum perducta sese exerit.  
**C**ùm enim potestatem sibi à Deo da-  
 tam in elementis ostendit , modò  
 igneas, modò aëreas impressiones e-  
 liciendo : Tum in hominibus quoq;  
 quantam vim habeat, declarat: neque  
 solùm operatur in filijs diffidentiæ,  
 qui Arabicos & Chaldæos prædones  
 excire potuit : sed vxorem etiam in  
 maritum armauit. **Q**uin etiam usus  
 opera amicorum & transfiguratus in  
 angelum lucis, quod eminus & aper-  
 to Marte non obtinuit: hoc per cuni-  
 culos & insidiosè tentauit , vt fidem  
 afflicti & quasi à Deo penitus dereli-  
 cti labefactaret : in quo se mirificum  
 artificem exhibuit. Viros enim insi-  
 gnes qualicunque diuinæ sapientiæ,  
 veritatis,iustitiae,potentiæ specie,stu-  
 dio atq; zelo seductos, inter se com-  
 mittit,vt varias in reprehensiones in-  
 currant, Deum offendant, séque ludi-  
 brijs

brijs Satanae magis atque magis pro-  
stituant. In Hiobo præter egregiam  
fidem, pietatem, & patientiam admi-  
rabilem, communem etiam sanctorū  
sortem attendimus : Hunc Deus in  
fornacem tribulationum instar auri  
per ignem ad purum putum excocti  
probauit, quod exactius summā suam  
infirmitatem, prius sibi non penitus  
cognitam, persentisceret, & hoc pa-  
sto in humilitate & modestia addi-  
scenda proficeret. Antequam enim  
Deus è turbine Hiobum compesce-  
ret, confidentius ille quam virum Dei  
decebat, & de iudicijs diuinis & de sua  
innocentia differuit.

Amici non nihil humani & ipsi passi,  
prima quidem fronte magnam pie-  
tatem, grauitatem, & sapientiam præ-  
se ferunt: spectantes autem insolitam  
Hiobi afflictionem, & verba quædam  
misero in vehementissimi doloris a-  
gone expressa sinistre intelligentes, &  
interpretantes, Hiobum de anteacta  
vita ab infelici euentu iudicant : de  
diuina item erga illum volūtate per-  
perant

peram pronuntiant, & plane contra  
humanitatis caritatisque officium  
amicum veterem petulantissime in-  
sestantur & crebris anathematismis  
(splendida hodie religionis specie)  
pariter omnes misericordia quam  
odio dignorem decernunt.

Eliu verò Buzites, quisquis tan-  
dem & qualiscunque fuit, in eo certe  
specimen boni viri præbet, quod post  
diuturnam altercationem iurgantes,  
& à se inuicem alienatos, in gratiam  
reducere creatur. Docens simul ex-  
emplo suo, qua integritate in dijudi-  
candis religionis controuersijs versa-  
ti oporteat. Nempe ut solum Deum  
reueriti & intuiti mortalium nemini  
assentemur, nulla pusillanimitate vel  
propterætatem, vel ob ingenij imbe-  
cillitatem, vel ob aduersantium mul-  
titudinem, & autoritatem, consen-  
tientiumque paucitatem, frangetur,  
nihil ex odio aut inuidia caluminie-  
mur, nimium vel exaggerando, vel ex-  
tenuando : sed omnia pro æquo ac  
bono in meliorem partem, quantum  
id qui-

Id quidem per Dei gloriam , & veri honestiq; conscientiam fieri potest,  
interpretetur.

Quanquam igitur Elihu sic affectus ad litem inter amicos cōponendam accessit : verisimili tamen conjectura è litis decisione posteà à Deo ipso facta, colligere licet , cum qui se arbitrum æquissimum interposuerat, parum apud homines, nimio fortassis in uehēdi feruore in se concitatos, profecisse. Adeò enim non obtinuit, quod proposuerat, vt nisi Deus contentioni finem imposuisset, dissensionesque pacasset: omnis ab homine ad concordiam stabiliendam suscepta opera,inanis extitisset.

Miretur autem quispiam non iniuria, qui factum sit, vt Deus tum temporis eos, qui gloriā & iustitiā ipsius contra Hiobum strenuè tueri videbantur, improbarit maximè. Quisq; enim legerit vel audierit, quām multa Hiobi amici præclarè, nunc de sapientia, veritate, potētia , iustitia Dei prædicent, nunc de humani generis corru-

**corruptionē, vanitatēque cordatē as-**  
**serant : eum necesse est, pondere ac**  
**splendore orationis adeò cōmoueri,**  
**vt iuret, istos tam grauiter disputātes,**  
**veritatēque sententiarum tam benē**  
**munitos & instructos, rectē sentire**  
**per omnia, causāmque melioreni**  
**agere.** Vbi verò Deum de Hiobi &  
**amicorum sermonibus longè aliter,**  
**quām pro maioris partis opinione &**  
**expectatione pronunciare cognoue-**  
**rit : cogetur fateri, non satis esse, vera**  
**proponere, nisi etiā vera connexione**  
**similiter assumantur vera & conchus-**  
**dantur.** Natura certè vniuscuiusque  
**rei, de qua disseritur, sic fert & postu-**  
**lat, vt ex veris non nisi vera, & ex falsis**  
**non nisi falsa inferantur : at sæpè ac-**  
**cidit, inepta connexione, vt ex veris**  
**falsa etiam colligi & sequi videantur:**  
**quod ipsum Satan pro more habet, vt ve-**  
**ra falsis miscendo, si falsa non persua-**  
**serit, veritatem interim odiosam aut**  
**faltem suspectam reddat. Neque pro-**  
**pterea Hiobi amici excusandi sunt,**  
**quod**

quod omnino putaret severa dicere,  
nec vilius falsitatis sibi fuere consicij,  
Potuerunt enim & ipsi decipi (quod  
hominibus procliae est) bonis suis  
intentionibus, sicut in eo certe de-  
cepti sunt, quod ex iustitia Dei & pra-  
uitate humana, Hiobum pro meritis  
affictum arguunt & damnant. De his  
autem fortasse facilius nunc est iudica-  
re, posteaquam sententiam à Deo la-  
tam accepimus, cui videlicet nemo  
fana mente ausit refragari. At in ho-  
dierna tragœdia de Cœna Domini  
dicat aliquis, rem secùs habere: Qua-  
propter superest, ut singula capita  
virusque contentionis inter se con-  
feramus.

Primum, et si nemo nostrum Dco  
fuerit à consilijs, qui modulo ratio-  
nis suæ metiri profunditatem sapien-  
tia & iustitiae diuinæ, nedum perue-  
ctigare, vel debeat, vel possit: vir tamē  
plus quidam & magni nominis, quæ M. Bucer.  
rens unde fiat, quod plerique nostris  
temporibus in Eucharistia negotio  
tequeant se inuicem docere, audire,

C & tan-

& tandem consentire: minime dubitauit sibi ipse per subiectionem respondere, arcano istud fieri Dei consilio, volentis ad eum modū exercere nostrā moderationem, caritatē, &c. Idem etiam affirmauit, astu Satanæ scrupulofas ciusmodi quæstiones de partibus Euangelij injici, ut animis contentionē accensis & perturbatis, totū interim eripiat, & frigere faciat. Quod ad homines factiosos attinet, dicere audet, multos agitari zelo nō puro, & cura existimatiōis vel suæ vel aliorum nimia. Hostes autem veritatis occasionem hinc venantur, & arripiunt partim in auita superstitione perseverandi, partim studium veræ pietatis, ingenuarūmque artium incessendi. Ut rectè diuinârit, qui de hac controuersia publico scripto testatum reliquit: Mundum luere pœnas suæ iugratitudinis ac impietatis. Pro eo enim, quod veritatem nō amplectuntur, aut potius ipsi tenebras oculis suis offundunt, & veritatem in iniustitia detinent: mittit illis Deus effica.

efficacissimam illusionem, ut credant  
mendacio, qui nolunt cedere veri-  
tati.

Sanè inimicitiae illæ inter semen  
mulieris & semen serpentis manife-  
stè produnt se in hac quoq; conten-  
tione. Causa odij Caini aduersus fra-  
trem Abelum nulla fuit alia, quām  
quòd Abeli sacrificium fide placeret  
Deo, quum Cain suum munus absq;  
fide oblatū rejici indignaretur. Quid  
de Ismaële & Isaco scriptura loqui-  
tur? Quemadmodum is, qui secun-  
dam carnem natus erat, persequea-  
tur cum, qui natus erat secundum  
spiritum, ita & nunc. Experiebatur  
Apostolus similes inimicitias à fal-  
lis fratribus, qui ceremonias legales,  
circumcisionem, & id genus alia ex-  
terna magni faciebant, contra gra-  
tiam, spiritum & Christum, qui fi-  
nis erat Legis. Quid ergo mirum,  
si inter Christianos hodie repertian-  
tur, qui nitentes litera, spiritum op-  
pugnant, & cassa nucc perinde at-  
que nucleo glorientur. Atqui Deus

Genes. 4.

Galat. 4.

interea mirabiliter omnia temperat,  
& ad suum quæque finem dirigit ac  
perducit. Dum enim oriuntur dissi-  
dia seculæque in Ecclesia, facit, ut qui  
probati sunt præ carnalibus, reprobis,  
atque hypocritis internoscantur, &  
virtute diuina ad salutem custodian-  
tur. Ut ergo eiuscemodi velitatio-  
nes ac pugnæ verborum, peruersi ho-  
minibus cedant in exitium, quibus  
solet altercando amitti veritas: pijs  
ramen atq; fidelibus, eadem ipsa ve-  
ritas, in horreco seu area Ecclesiæ diu-  
multumque ventilata, ceu triticum  
à palea, ab omni sophistica perpur-  
gatur.

Negari herclè non potest, ex quo  
bellum sacramentarium hac nostra  
etate recruduit, excitata fuisse vtrinq;  
multorū ingenia atq; studia ad dili-  
gētiorem veri inquisitionem: si nihil  
aliud emolumēti inde extitit, saltem  
hoc magnū fuit, quod alterutra pars  
repressit, continuit, cautorēmque  
reddidit alteram, ne disputandi calo-  
re longius extra limites ferretur. Itaq;  
quum

quum periculum fuisset, ne splendida  
 rerum externarū amplificatione, ad  
 pristinā artolatriam fenestra denuò  
 aperiretur: oportunè opposuerunt  
 scilli, qui à litera mortua ad spiritum  
 viuificantem, ab egenis clementis &  
 signis ad res cœlestes & significatas  
 hominum animos reuocauerunt. Et  
 rursus ne in Enthusiasmum quēdam  
 prolapſi, in altera parte ministerium  
 externum verbi & sacramentorum  
 sperneremus, aut abijceremus: æquè  
 necessariò restiterunt alteri, qui tam  
 magnificè summis laudibus, verbum  
 & sacramenta extulerunt. Rectè iam  
 ille fecerit, qui quod ab vtraque parte  
 laudabiliter & verè dictum est, cōiun-  
 xerit, hoc est, literæ & elenctis suum  
 honorem & officium à Deo præscri-  
 ptum & iniunctum vindicarit, & spi-  
 ritum ante omnia in verbo & sacra-  
 mentis inspexerit. Contrà verò, quæ  
 vtrobiq; vel in excessu vel in defectu  
 posita sint, ad auream mediocritatē  
 reduxerit, Idololatriam & supersti-  
 tionem ab una, fanatismum ab altera

parte profligarit. Neque hæc erit di-  
cenda Christi cum Belial conciliatio,  
si vtrinque vitiosa extrema mouan-  
tur, & quod veritatis est, reseruetur.

Quare de optimo Dei hac in re pro-  
Ecclesia consilio, adeò non dubito, vt  
planè confidam, quicquid nouarum  
absurditatum ex uno illo inconue-  
nienti vel haec tenus ortum, vel dein-  
ceps oriturum est, licet à Diabolo ad  
maiores Ecclesiarū distractionem &  
peiorē de reparata religione suspi-  
cionem spargatur: tamen latiorem  
aliquando finem esse sortiturū. Hunc  
porro cœntum pij omnes suis preci-  
bus, moderatīsq; consilijs iuuare de-  
bent, quoad pōterunt, si fortè Domi-  
nus nostri misertus, increpet Satanā,

*Zach. 3.* seducentem totum terrarum orbem,  
& vincant tādem propter sanguinem  
agni, & propter sermonem testimo-  
*Apoc. 12.* nij sui, qui non dilexerunt animam  
suam vsque ad mortem.

Quis quæso hodie tam cæcus est  
mente, qui non sentiat artes Diabo-  
licas in distrahendis in cōtrarias sen-  
tentias

tentias animis, eorum, qui præcipuis  
 alioqui religionis capitibus vnam  
 eandémq; fidem profitentur? Quàm  
 iucundum illi est spectaculum, quod  
 ista ratione corroboratur? Multò ma-  
 xima pars hominum in superstitione  
 inueterata, & impeditur quò minùs  
 accedat sanis sermonibus Domini  
 nostri Iesu Christi, & ei quæ secundū  
 pietatem est doctrinæ? Non enim il-  
 lis tantùm, sed & multis ex Euange-  
 licis perpetuo in ore est, quamlibet  
 exiguum in dogmate inter aliquos  
 differentiam, certissimum iudicium  
 erroris existere. Quàm vellet Satan ex  
 hoc vnico de Eucharistia dissidio ita  
 inter se partes committi, vt inter se  
 cōfligentes, iuxta *λατρα χομιουμαχιαρ*,  
 à communi hoste pariter deuorētur?  
 Ceterū resistit Satanç Archangelus  
 Michaël in conspectu Dei, ne quod  
 intendit, perficiat.

Nos autem, age, Dei & Diaboli re-  
 pugnantia cōsilia omittentes, homi-  
 num dicta factaq; consideremus. In-  
 ter Hiobū & amicos vtrinq; cōfessum

C 4 fuit

fuit, Deum infixisse Hiobo tantam  
 miseriam, quemadmodum inter di-  
 sidentes de Eucharistia, extra contro-  
 sium est, Christum in ultima Cœna  
 instituisse Sacramentum. Iam verò  
 sicut amici Hiobi certò persuasi, Deū  
 nemini iniuriam facere, cunctosque  
 homines peccato & ira Dei obno-  
 xios esse, inde concludunt, Hiobum  
 meritò affligi: & quo maior eius sit  
 afflictio, cō plus ceteris peccatis: Sic  
 prorsus hodie, qui obiter verba insti-  
 tutionis Cœnæ Dominicæ legunt, &  
 inspiciunt, quoniam verba perspicua  
 esse, & per se obvia vident, & Domi-  
 num rem seriam agere, testamentum  
 condere, neminem fallere, pro certo  
 habent: hinc inferunt, verba Christi  
 in Cœna, haud aliter, quam iuxta li-  
 teram intelligi aut explicari debere.  
 Atque hoc ipsum tanto magis, quod  
 altera ex parte audiunt figurās & tro-  
 pos & spiritualem intelligentiam in-  
 trudi, quæ omnia putant è corru-  
 pta ratione humana profisci. Hinc fit,  
 ut non secùs illi in hos debacchentur  
 ac dc.

ac detonent, quām amici Hiobi in  
miserum inuehebantur, innocētiā  
suā querulando allegantem. Proj-  
ciunt ergo, ut amici Hiobi, ampullas  
& verba sesquipedalia, hoc est, in ma-  
joribus syllogismorū suorum pro-  
positionibus exornandis, copiosi &  
vehementes sunt, partim authoritatē  
verbi testamentique diuini exagge-  
rantes, partim argumenta aduersa-  
tiorum inuidiosis nominibus huma-  
næ curiositatis, temeritatīq; in odiū  
adducentes,

Quibus rectē cum Hiobo respon-  
deas, quando tandem finis impone-  
tur vētosis verbis? Ista enim & similia  
prorsus ventosam scientiam resipiūt,  
quæ cēu fumus euanescunt, si cum  
Hiobo dicas: **Quis nō tenet, quæ vos**  
iactatis?

Enim uero noui, quòd res ita ha-  
beat. Ergo cùm defensores literæ in  
Coena Domini tām anxiè laborent  
proverborū Christi veritate, potētia,  
maiestate, &c. nihil aliud opponas,  
quām quòd Hiobus vltima oratione

**Cap. 26.** Bildado Suhitæ regerebat, inquiens,  
 Cui fers opem? Num ei, qui vires non  
 habet? Quid enim opus est, vel diuini  
 verbi amplificatione, vel rationis hu-  
 manæ deiectione, apud eos, qui v-  
 trumque sua sponte non admoniti  
 etiam concedunt? In quibus duobus  
 locis communibus cum melior pars  
 argumentorum, quæ ab illis ad causæ  
 commendationem proferuntur, cō-  
 sumatur: cogitandum est, quām sint  
 inopes iustæ defensionis suæ causæ,  
 qui aliter, quām otiosis rationibus  
 suam opinionem tueri nequeunt.

Sed perpendamus obsecro paulò  
 altius, quid sit illud, quod Hiobus ad  
 Zopharis conuitia magnificè reddi-  
 dit, An oportet vos iniquitatē loqui  
 propter Deum? An eius gratia dolum  
 loqui conuenit? An illi gratificari  
 vultis, & pro ipso litigabitis? Nam si  
 vel maximè vera dicantur: tamen ne-  
 que loco, neque tempore, neque ad  
 rem propositam appositiè accommo-  
 data, non solùm amittunt vim & gra-  
 tiam suam: verùm etiam tantò magis  
 nocent,

nocent, quantò plus ponderis aliás  
 habent rectè adhibita? Quid si enim  
 vera falsis confirmandis applicentur?  
 An non hoc Diabolicum est? Quò  
 magis mirandus est quidam minimè  
 vulgaris assertor literæ in Cœna Do-  
 mini, qui ausus est ad amicos sibi cō-  
 sentientes scribere, Etiam si erret in  
 sua de Eucharistia opinione: sperare  
 tamen se Christum facilè errori huic  
 daturum veniam, ut qui ex bona de  
 verbo Dei intentione proficiuntur.  
 Peius & impudentius adhuc illi lo-  
 quuntur, qui dicunt, se cum Christo  
 errare malle, quām cùm parte aduersa  
 de Eucharistia rectè sentire. Quis verò  
 iussit illos sic blasphemare? Num illu-  
 dēt Deo, ut illuditur homini? Audiāt  
 igitur Hiobū, nugis ipsorum sic respon-  
 dentē. Certissimè Deus nos arguet, si  
 occultè in gratiam cuiusquā discede-  
 tis à recto. Certè nō est, quod putent  
 veritatē diuini verbi tam imbecillum  
 aut consilij inopem esse, ut mendacijs  
 ad sui defensionem indigeat. Deum  
 aiunt veracem esse, & neminē fallere  
 verbo

verbo suo : quasi verò verax esse desi-  
 nat aut decipiatur de mysterijs mysticè  
 loquens. Si per suum spiritū corporis  
 & sanguinis Christi facit participes,  
 rectè vtentes pane & vino in Eucha-  
 ristia , tunc ne decipit ? Aut , quia spi-  
 ritualiter , nō carnaliter vel corpora-  
 liter , (nisi quatenus visibilia elemēta  
 imprimendæ altiùs spirituali mandu-  
 cationi adhibet ) hoc facere dicitur ,  
 idcirco promissis suis non facit sati-  
**Quorsum** ergo ab illis Omnipotētia  
 Dcī tam magnificè extollitur , si non  
 credunt Deū aequè suis signis & sym-  
 bolis virtutem addere posse , quod  
 tamen homines mortales in suis cō-  
 tractibus , & societatibus fanciendis  
 præstate videmus , nempe ut res nullis  
 exteriorib⁹ sensibus expositas & per-  
 ceptibiles , nihilominus verè signis  
 externis iungant , licet minimè cor-  
 poraliter aut sensualiter hoc fiat ? Du-  
 randus , tametsi nō auderet transsub-  
 stantiationis modū negare , propter  
 Ecclesiæ Romanae determinationem  
 & autoritatem : dicere tamen non ve-  
 retur ,

retur, non esse negandum, quin alius  
 modus Deo possibilis sit, videlicet,  
 quod Deus possit facere, ut remanen-  
 te substantia panis, corpus Christi es-  
 set in hoc sacramento. Addit ibidem,  
 satis durum esse, & derogare immen-  
 sitati diuinæ potentiae: dicere, quod  
 Deus non possit facere corpus suum  
 esse in sacramento per alium modū,  
 quam per conuerzionem substantiaz  
 panis in ipsum. Quantò nos rectius  
 contra consubstantiatores idem ob-  
 ligere possumus, citra consubstantia-  
 tionem & què ac citra transsubstanzia-  
 tionem posse Christum commu-  
 nicantibus dare corpus & sanguinem  
 suum, præsertim cùm Paulus inter  
 operationes spiritus Dei nominatim  
 & hanc ponat, quod per vnum spiri-  
 tum nos omnes in vnum corpus ba-  
 ptisamur, & per eundem potamur?  
 Huic dicto certè Augustinus astipu-  
 latur, sic scribens de pane & vino Eu-  
 charistico: Quæ ex fructibus terræ ac-  
 cepta & prece mystica cōsecrata ritè  
 sumimus ad salutem spiritualem in  
 memoriam

Lib. 3. de  
 Trinitate,  
 cap. 4.

memoriam pro nobis dōminicæ paſſionis. Quod, inquit, quū per manus hominum ad illā visibilem ſpeciem perducitur, nō ſanctificatur, vt ſit tam magnum sacramentum, niſi operāte inuifibiliter ſpiritu Dei, quum hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

Illi ergo potiū nugari existimandi ſunt, qui hanc deceptionem vocant, ſi Christus dicatur ſpiritualiter panē corpus ſuum nominare, aut ſpiritua- liter corpus & ſanguinem ſuum accipientibus panem & vinū iuxta ipſius mandatum cōmunicare. Quid enim intereſt ad veram corporis & ſanguinis Christi communionem, ſi ſpiritu- aliter non corporaliter illa fieri di- catur? An Veritas tantū in rebus corporalibus corporaliter perceptis, non etiam in spiritualibus veretur? Quid quòd sincera fides lōgè firmius ac certius ē verbo Dei apprehēdit ea, quæ fidei destinata ſunt, & in ſolam hominis intelligētiā cadunt, quam ſensuſ exteriōres percipiunt ea, quaſ ſenſibus

sensibus sunt obnoxia? Faceant igitur  
 sarcasmi in cœlestes Prophetas,  
 otiososque speculatoros seraphicos  
 emissi. Quid enim iuuat aduersarios  
 in re tam feria & rātopere necessaria,  
 tidere aut calumniari? At sic solet ac-  
 cidere, vt in amicis Hiobi videre est,  
 qui destituti solidis rationibus, qui-  
 bus Hiobum conuincant, non respō-  
 dent ad rem, sed ad criminationes de-  
 labuntur. Quamobrem etiam Elihu  
 videns tres amicos Hiobi nihil argu-  
 mentorum proferre in medium: suc-  
 censuit illis, & apparatum verborum  
 in condemnando Hiobo, tanquam  
 inanem exprobrait. Interim tamen  
 non est dissimulādum, Hiobum cau-  
 iam cōtra amicos iustum habere qui-  
 dem, sed malè peragere, dum nimium  
 videtur suam innocentiam tueri, &  
 aduersus Deum afflagentem murmu-  
 rare: qua importunitate occasionem  
 minimè leuem præbuit amicis accu-  
 sationum & cōdemnationum. Quin  
 etiam diuinam reprehensionem co-  
 ipso meruit, vnde & ductus postea  
 pœnitentia.

pœnitentia, factum suum improba-  
 uit ipse. Hoc tamen de summa nego-  
 tij non debet intelligi, sed de ijs, quæ  
 vel magnitudo malorum & impati-  
 tia, vel irritatio amicorum ei extorcit.  
 Nec desunt hodiè in controversia  
 Eucharistica alterius partis vtri, qui  
 agnoscant in se quoq; nō nihil culpa  
 hærere, & fateantur, se seruore con-  
 tendendi aliquando etiam extra me-  
 tas abreptos fuisse. Quis enim morta-  
 lium animo ad rem omnem ita para-  
 tus synqnam fuit, aut etiamnum esse  
 potest, qui non in optimo honestissi-  
 moque instituto aliquando halluci-  
 natus fuerit, impegerit, & incurrit?  
 Qui ergo transubstantiationis & im-  
 pij cultus odio, panem & vinū quoad  
 substantiam, nihil nisi panem & vinū,  
 aut merum esse panem & vinum scri-  
 pserunt, eo ipso irritarunt in se alios,  
 ut cœlum terræ potius miscendum,  
 quam illud cōcedendum iudicarint.  
 Nec verò istorū, qui sic loquebantur,  
 verba excusabilia forent, si panem &  
 vinum memoriae passionis & mortis  
 dominicæ

dominicæ peragendæ cōsecratum ac  
 destinatum, simpliciter eodem loco,  
 quo profanum panem & vinum ha-  
 beri voluissent, vel adhuc vellēt. Quis  
 enim tantum contemtum ferret, aut  
 defenderet? Sed hoc potius vnicum  
 illis fuit propositum, mysteria Christi  
 à multiplicibus erroribus & supersti-  
 tionibus, quibus longo tempore fœ-  
 data penè obsoleuerant, vindicare,  
 pristinæque dignitati restituere. Vbi  
 hoc primo omnium fuit monēdum,  
 vt transubstantiationis cōmētum  
 exploderetur. Omnidō igitur visibi-  
 libus elementis, id ēst, signis, sua fuit  
 afferenda substantia, vt constaret om-  
 nibus, naturas panis & vini integras  
 & incolumes, tam post consecratio-  
 nem, quam ante, manere: in quo sanè  
 nemo, nisi forte trāssubstantiationis  
 errore implicitus, iure dixerit, pecca-  
 tum ab illis esse: siquidem & aduersa-  
 ri fatentur panis & vini substantias  
 manere. Reliquum ergo est, si quid  
 erratum est, in eo maximè delictum  
 videri, quod nō nisi panem & merum

D panem,

panem, non nisi vinum seu micrum  
 vinum in Eucharistia relinquiri con-  
 cludent. Hic demum suspicentes  
 alij, tolli isto pacto vim cunctam sacra-  
 mētorum, ut nihil profusus visibilibus  
 elementis ē verbi diuīni institutione  
 accedere putaretur, atque sic institu-  
 tio ipsa quōque eneruaretur, oppo-  
 nere se illis cōperunt, & vitio verte-  
 re, quod penitus sacramenta evacua-  
 rent. Hoc crimen cūm iij, quos insi-  
 mulabant, depellere à se conarentur,  
 orta est intentionis ac depulsionis  
 conflictio, vt existeret status contro-  
 uerſiæ, vtrum panis & vinum Eucha-  
 risticum post cōsecrationem aliquid  
 amplius sint, quam quod erant prius,  
 nec ne? Cuius problematis partea  
 negatiuam defendebant illi, qui vo-  
 lunt etiam in panē & vinū quo ad  
 substātiām & naturam, nihil esse am-  
 plius post consecrationem, hoc est,  
 nullam aliam substātiām ex confe-  
 ratione acquirere, sed hoc tantum  
 adipisci ex institutione Christi, vt a  
 vulgari usu ad diuiniorem & sancti-  
 rem

sem referantur ac destinentur, siempe  
 gerant nomina corporis & sanguini-  
 sis Christi ad commonefaciendos,  
 participesque reddendos nos eorum  
 omnium, quae Dominus suo corpore  
 & sanguine comparauit. Affirmatiuā  
 partem sibi deligebant, qui panem &  
 vinum substantialiter etiam aliquid  
 amplius esse volebant, nempe corpus  
 & sanguinem Domini. Hi nituntur  
 verbis expressis in Cœnæ institutiōe,  
 ubi panis corpus, vinū sanguis Christi  
 nuncupatur. Volunt itaque verba illa  
 iuxta literam, planè ut sonant, accipi  
 simpliciter ac propriè. Alij vero certo  
 quodam modo & respectu (ut non se-  
 cundum substantiam, sed secundum  
 relationem, panis Christi corpus ha-  
 beatur) verba Christi interpretantur.  
 Queritur ergo ad summum, An Chri-  
 stus voluerit atque senserit, panem &  
 vinum in Cœna mystica, substantiali-  
 ter esse corpus & sanguinē suum? An  
 secus quam ratione substantiali? Si  
 iamilli dicendi sunt euacuare sacra-  
 mentum Eucharistie, qui negant pa-

nem (quo ad substantiam) esse corpus Christi: tum certè culpam suā agnoscant, oportet, quotquot perfidem & spiritum, Christi corpus in pane, & Christi sanguinem in vino intuentur & accipiunt: substancialiter enim esse, & fide seu spiritualiter esse, in hoc loco opponuntur. Sin Domini Conſilium & voluntas Eucharistiam instaurantis, non fuit ut substantiarum vi- lam substancialē alterationem, quę prius non fuisset, introduceret, sed potius ut agno paschali veteris populi & testamenti sacramento, iā iam per ipsum verum agnum immaculatum tollentem peccata mundi impiendo, & sic abrogando, in ipsa paſſione & morte Christi, nouum sacramentum substitueret, quo memoria sacrificij semel peraucti deinceps usq; ad mundi finem in Ecclesia celebretur, & fructus eius p̄cipereetur. Si fuit inquā, ea Christi mens in Cœna mystica instituenda, sicut multis firmis argumentis ostendi potest: expenda-tur quæſo paulò altius, quām nō im-probe-

probè solūm & immaniter, sed etiam  
quām impiè hactenus ista sententia  
sue Diabolica doctrina, & rationis  
humanæ figmētum fucrit ab aduersa  
parte decantata.

Consuerunt etiam aduersarij in  
stabilendo Idolo suo, ad Dei omni-  
potentiam confugere, & alios graua-  
tesuspicio[n]e diffidentiæ, quasi non  
credant Deum posse efficere, quicqd  
velit. vbi miros triumphos agūt, haud  
aliter ac amici Hiobi. Sed scire debet,  
diuinæ omnipotentiæ virtutem neq;  
perc, neque apud nos vllis ementitis  
laudibus egere, sed contentam esse  
ijs perficiendis, quæ æternæ ipsius sa-  
cientiæ visum fuit in actū producere,  
& ne illa nos laterent, statu etiā tem-  
poris per verbū suum reuelauit. Quū  
autem aduersarij nullum aliud api-  
cem è scriptura proferre queant de  
singulari illa Dei potentia, quæ se se  
vel in conuersione panis & vini in  
corpus & sanguinem Christi, vel di-  
uersarum istarum naturarum substan-  
tiali cōiunctione explicet, præter sola

Christi vērba, de pane & vīno dicētis: Hoc ēst corpus meum: Hic ēst sanguis meus: quorū geminum sensum nō tenere & iam reddidisse minimū dubitam⁹. Hinc licet colligere, quām ī tempeſtiū ac temerē illi ad ſuī ſigmenti confirmationem Dei omni-potētiam aduocēt. Agnoscant ergo, quod quidam ex eis recte ſcripſit, nondum haberi illām verām diuinārum rerum ſcientiam, qua multa vera de Deo diſputantur, ſi quis ſcientia tali contra proximi caritatē abutatur, nondum enim ſcit, quomodo ſcire ſpōrteat, iuxta illud: Scientia inflati caritas ædificat.

Porrò Elihu Buzitæ ſimiles in Eucharistica contentione illi videntur, qui nō ſtro tempore omnem lapident inouertint ad concordiam inter partes ſtabiliendam: ſed nihil aut parum promouerunt, eō, quod homines φιλατοι καὶ φιλόνεκοι (nati quodammodo ad lites ferendas atque fouendas) neminem voluerunt ferre aut interpretē, aut ſequacrem, aut arbitriū, in hac

in hac causa, ne cœlitus quidem de-  
 missum. Deus enim veritatem suam  
 idoneis testibus hac nostra ætate non  
 destituit, si præfracti homines cedere,  
 Deoque bene per aliquos mouenti  
 obsequi voluissent. Viderint ergo, ne  
 sapientia Dei à filijs suis iustificata  
 exprobret eis aliquando: Tibia ceci-  
 nimus vobis, & non saltastis: lugubria  
 cecinimus, nec planxistis. Adhuc cer-  
 te perpusillum temporis superest, &  
 qui venturus est ad iudicandum, ve-  
 niet nec tardabit. Interea cauendum  
 erat nobis quamdiu dicitur: Hodie,  
 ne quis seductione peccati induretur  
 in corde suo, & periretia præcludat  
 fibi aditum in æternā requiem. Hor-  
 rendum est, incidere in manus Dei  
 viuetis. Nobis igitur, qui dininæ sen-  
 tentia sustinendæ impares futuri su-  
 mis, tolerabilius optabiliusque fue-  
 rit, si Deus de medio nostri excitet  
 aliquem è fratribus nostris, qui nos,  
 dum in via cum aduersarijs sumus,  
 reconciliet, nisi temerè cōtendendo  
 ius summum experiri, & supremi Iu-

dicis iram prouocare pergamus, ab-  
sorbeamur illius maiestate. Quomo-  
do autem affectus esse debeat, qui ar-  
bitrium Eucharisticae litis vult susci-  
pere, ex ore Elihu discamus.

Principio docet nos Elihu exem-  
plu suo inter iudicandū & disceptan-  
dum reuereri Deum; deinde nō loqui  
ad gratiam, neq; personæ cuiusquam  
hominis aliquid tribuere, neque ho-  
norificis appellationibus cuiquam  
blandiri. Multò verò minus odio vel  
inuidia alicuius peruertere iudiciū,  
supra modum aliquid in alterutram  
partem nunc exaggrando, nunc ex-  
tenuando: sicut dissimulari aut nega-  
ri nequit, in causa Eucharistiae à mul-  
tis esse factum. Habuerunt enim sum-  
mi viri suos assentatores, & admira-  
tores, qui nunquam potuerunt ferre  
æ quo animo, si quis ab ipsorum sci-  
tentia vel latum vnguem discedens,  
paulò liberiùs contradiceret. Sic Io-  
hannis Baptiste discipuli doluerunt,  
Christo plures quam suo magistro  
adhærere: & in Corinthiorū Ecclesia,  
alius

alius voluit esse Cephæ, alias Pauli;  
 alias Apollo ; quos in vnitatem re-  
 duxit Apostolus, quum diceret, Om-  
 nia vestra sunt, siue Paulus, siue Apol-  
 lo, siue Cephas, vos autem Christi,  
 Christus verò Dei. Gaudeamus ergo  
 potius cum Baptista, nostram, id est,  
 hominum quorumcunque gloriam  
 minui, dummodò crescat Christus, &  
 gloria Dei. Nec quispiam putet, se fi-  
 dem magistro suo datā aut debitam  
 fallere, si deserto illo ad sententiam  
 veriorem transierit. Laudabile enim  
 est, quod vulgò de Aristotele iactatur,  
 qui dicere solitus sit, amicus Plato,  
 amicus Socrates, sed magis amica ve-  
 ritas. Si hoc ille Ethnicus in propria  
 laude captanda fecit, sibique honori  
 duxit, veritatem priuatis amicitijs  
 anteferre : quanto magis homines  
 Christianos docet, relictis omnibus,  
 Christum, qui Via, Veritas, & Vita est,  
 sequi?

Quoniam verò neutra pars videri  
 vult in vllius alterius quam Cœlestis  
 ac Vnici magistri nostri verba iurasse,

D , multò

multò etiam minus errasse: omissis personis hominū, rem ipsam de qua controuertitur, proprius examinabimus: in quo maximè scripturā sacrā ducem sequemur. Ut enim unaquæque ars suam cāmque certam habet præscriptam examinis rationē: ita quoque Dei verbum multò certius examē de rebus ad religionem pertinētibus instituit, quod qualenam sit, & quomodo inde rectum de Eucharistia iudicium formari possit, deinceps Deo daante inuestigabimus.

### DE RATIONE EPIGRA PHES ELENCHI HVIVS.

**I**n signi præconio Spiritus sanctus orans fidem, Elenchum appellat eorum, quæ sperantur. Ut enim quæ oculis apparent, eidētiorem habent demonstrationem, quam quæ reliquis sensibus percipiuntur: vnde vulgo pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem: ita ex omni genere cognitarum rerum sub hominis intelligentiam cadētium ea ferè certissima iudicantur.

indicatur, q̄ ex veris & necessarijs cōcluſa, quamlibet contradictionē conuincunt & redarguunt. Huiusmodi vim igitur, quia fides non quidem in persuasorijs humanæ sapiētiæ verbis, at certe in dēmōstratione spiritus ac potentia Dei, tam cōstanter & solidè explicat, vt nulla aduersaria scientia vel eloquentia ei cōtradicere aut resistere queat: duplii de causa potest fides Elenchi nomine insignita vide ri. Primum propter ωλησοφογίαν, quod erēdētē reddit ex verbo Dei certiorē ad plenum, quō minus de patefacta voluntate diuina dubitet. Adhac quōd impedīta vnde cunq; iniecta fortiter reiicit & amolitur, vt etiam si ratio, natura, totāq; rerū vniuersitas, longē aliud suadeant: fides tamē pro certo habeat cōclūm atq; terrā, citius prēteritura esse, quām vt vel minimus apex scripturæ prætermittatur.

Ad eum modum Abraham diuino oraculo de semine promisso edoctus, initio statim certam persuasionem cōcepit, omnino Dei promissionem ratam

gatam fore, eò quòd qui promiserat,  
se ipsum negare, fallere falliue nequi-  
ret, sed in promissis præstandis, verax  
& potens esset, quæcunque altera ex  
parte corpus suum tam emortuum,  
Saræq; sterilitatem considerando va-  
cillare potuisset: adeò non titubauit,  
vt fidei robore quasiis difficultates  
superarit. Fides itaq; non est opinio,  
vel confusa & temeraria quædam re-  
ligionis notitia, quodlibet pro quo  
libet è verbo Dci ad credendum per-  
suadendūm ue arripiens: sed est in se  
stabilis & firma rerum iuxta Dci ver-  
bum creditu dignarum apprehēsio,  
quæ à principijs non quidem natura  
vel rationis, verùm longè certioribus  
minúsque fallentibus orsa, iustis pro-  
gressibus ad statum finem fertur, no-  
uissima primis confert, & per omnia  
in ijs, quæ semel ex ore Dei rectè per-  
cepit, constat sibi & consentit. Itaque  
Paulus fidem describens electorum  
Dei, vocat agnitionē veritatis, quæq;  
sit illa veritas, mox subiicit: quæ est se-  
cundum pietatem in spc vitæ eternæ,  
quam

quam promisit is, qui mentiri nequit  
 ante secula, patefecit autem per præ-  
 dicationem suis temporibus, &c. Ex  
 hoc igitur axiomate seu ætemate  
 Theologico, quod lege creationis,  
 anticipationeq; naturæ audientiam  
 sermoni diuino debitam postulat, fi-  
 des quamlibet adhuc tenera, & ante  
 rationē inchoata verum esse statuit,  
 quicquid Deus dixit, etiamsi nulla  
 ratione fulciatur: nec metuit, ne veri-  
 tas verbi Dei nullo proprio robore  
 innixa, ab eis quos fulcire debet, ful-  
 cienda esse videatur: sed quia seniel  
 certo persuasa est, nusquam ita suffi-  
 ciente & abunde, ut in literis sacris,  
 quæ ad veram sapientiam, pietatem,  
 iustitiam & perfectam fœlicitatē per-  
 tinent, inueniri: ibidem nimirum nec  
 alibi usquam veritatem inuestigat.

Porrò fides in inquirēdo sedulam  
 diligentiam cum prudentia adhibere  
 debet, iuxta mandatum Domini, ne  
 pro auro & argento orichalcum, stan-  
 num, scoriam inde eruat. Id quod Io-  
 hannes Chrysostomus aptissima si-  
 militu-

*Augustin.  
de utilitate  
credend.*

militudine ostendit, inquietans: Qui metalla fodere aggreditur, artis ignarus, auri venas non inuenit, sed confunditur, & laborem subit in cassum: ita qui diuinarum scripturarum ordinem non intelligunt, qui earum proprietates, qui leges non disci- runt, sed omnia ad verborum sonum accipiunt, aurum terrae confunden- tes, nunquam reconditum in his the- saurum assequuntur.

Sanè quando vetamur cuius spi- ritui credere, & contrà iubemur, spi- titus an ex Deo sint, discernere, pro- bare omnia, & quod bonum est, te- nere, à Pseudoprophetis omnis gene- ris cauere: nihil istorum citra Elen- chum & veri falsisque delectum fieri posse liquet. Et rectè Augustinus ait, quū dicitur, quod credatur, nisi quod dicitur, intelligatur, credi non potest. Intelligenda sunt ergo dicta ut cre- dantur, quæ dici potuerunt: Creden- da autem quæ dici potuerunt, ut in- telligantur, quæ dici non possunt. Est enim quædam intelligentia rerum incessa-

ineffabilem, in qua post hanc vitam  
 semper manebitur. De hac Augusti-  
 nus dictum Propheticum accipit, nisi  
 credideritis, non intelligetis. Sed &  
 de Catechisandis rudibus idem scri-  
 bens, monet catechisandum, ut si  
 quid in scripturis audiat, quod car-  
 naliter sonet, etiamsi non intelligit,  
 credat tamen spirituale aliquid signi-  
 ficari: quo nomine laudat Augusti-  
 nus duodecim Apostolos, manentes  
 apud Christum, quum multi reliquo-  
 rum discipulorum offensi concione  
 de mandatione carnis ipsius, Chri-  
 sto relicto non amplius cum eo am-  
 bularent. Quamuis enim duodecim  
 & quæ ac reliqui fortasse tum tempo-  
 ris nodum exactè intelligebant, quid  
 sibi Christus vellet, quemadmodum  
 & ad multa alia obstupescentes su-  
 spendeabantur, donec pleniū perspi-  
 ritum sanctum de omnibus erudi-  
 tentur: tamen crediderunt, Christi  
 sermonem non esse de nihilo, neque  
 cogitarunt tam absurdā de Christi  
 carne & sanguine, ut cæteri dicentes,  
 quomodo

quomodo potest hic nobis carnem  
suam dare edendam? Quod si in Ma-  
thematicis disciplinis postulatur fi-  
des ad cōcedēndā aliqua, quae discen-  
tes nondum capiunt, progressu tamē  
temporis melius intelligere incipiūt,  
corundēmque certitudinem cogno-  
scere: quanto magis verbo Dei hunc  
honorem tribuere debent veritatis  
studiosi, ut credant vera certāq; esse,  
quæcunque in illo prescribuntur aut  
traduntur. Hoc tamen non obstat, qn  
singulæ Christianæ religionis partes  
suum habeant Elenchum, quo sancta  
doctrina & fides ab omni specie falla  
secernitur.

Qualisnam verò Elenchus in qua-  
stione Eucharistiae insit, aut institui  
possit, si non monstravi, saltem alij  
de hoc ipso amplius cogitādi assam-  
pribere volui, ab Apostolo Paulo hu-  
ius rei maximè admonitus. Quin  
enim ille prohibet, ne animi inuolu-  
uantur dubitatione, οὐδὲ διαγνοστού-  
λογίσασθαι. Tum præcipit, ut vnuaq; q  
in propria mente certus sit suæ fidei  
vtrumque

Vtumque certè in hāc controuersia  
efficere, vt & meam mentem confir-  
matem, & è dubitatione euoluerem,  
modis omnibus sum conatus, nescio  
an alijs etiam consecutus videbor.

Quocirca si fortè homini nasuto  
inscriptio Elenchi magnificentior,  
quām pro re, deteriorem quām pro  
expectatione cuentum fortiri puta-  
bitur: reminiscatur velim in hāc tan-  
ta rerum humanarum fragilitate, ni-  
hil quod omni ex parte sit beatum re-  
periri, sed satis esse aliquò prodire te-  
nus, si nō datur vltra. Vt rūq; ceciderit,  
mihi ad veniam ( dicere non ausim  
gratiam) apud bonos & pios prome-  
tendam sufficiet, quod in re magna  
& ardua pro virili laborare studui. In  
quo si vltima primis non responde-  
tint: nihilominus honestum est, pri-  
ma sequentem in secundis tertiusque  
consistere. Maluissem tamen aliquem  
excellentis ingenij & iudicij virum  
(quales hęc complures fert ętas) hanc  
operam Ecclesiæ nostrorum tempo-  
rum præstare etiā in posterum, quod

E hand

haud dubiè maiori cū laude ac fructu  
præstare quispiā potuisset. Quando-  
qđem verò vnicuiq; sui consilij ratio-  
cōstat optimè, vt meū non est, quen-  
quam eo nomine incusare: ita ncc de-  
beo vlli ea in re modum præscribere.

Rationem porrò ac viā in hac tra-  
statione eam tenere & sequi maximè  
placuit, quam ἀναλυτικὴ vocat, q̄ cum  
demonstrationibus est apta, tum ad re-  
præsentē omnium accōmodatissima  
est visa, quia ductū Spiritus sancti in  
scriptura sacra quām p̄ximè attingit.

Apostolus Christo dilectus discre-  
tionem Spirituum quam efflagitat,  
ad hunc modū per Antithesin facere  
docet: Omnis Spiritus, qui cōfitetur  
Iesum Christum in carne venisse, ex  
Deo est: & omnis Spiritus, qui negat  
Iesum Christum in carne venisse, ex  
Deo non est, &c. Moses ex Decalogo  
format hominum iudicia de quali-  
ber doctrina, Prophetica, somnijs, si-  
gnis & prodigijs: Christus ipse tam  
dogmata quām mores certis regulis  
præscriptis examinari præcipit. Et  
quod

quod huic causæ non modicū seruit,  
 Christus obuiam iturus scandalō ex  
 manducatione suæ carnis perperam  
 accepta orto, meminit ascensus filij  
 hominis in cœlum, ut corporalē co-  
 gitationem ab auditoribus auelleret,  
 quemadmodum Athanasius & Au-  
 gustinus apertissimè teſtantur. Simi-  
 liter Dominus mentione secundi ad-  
 uentus sui ad iudicium iniecta, coar-  
 guit eos qui post ipsius ex hoc mun-  
 do discessum, vel Messiæ personam &  
 officium mentiendo, vel carnalem  
 etiam veri Christi præsentiam iacti-  
 tando seducturi erant multos splen-  
 didis verbis: Ecce hîc Christus, ecce  
 illic dicentes. Contra quos argumen-  
 tum allatum à reditu Christi ad iudi-  
 cium petitum, claudicaret, elumbéq;  
 foret, si ante illud tempus Christus se-  
 cundum carnem nobis adesset.

His & similibus exemplis adductus  
 ego, regulas sanæ doctrinæ & fidei  
 tanquam prima principia & funda-  
 menta futuræ ~~κατασκευῆς~~ præmitto.  
 Quibus posteà sequentia superstruo,

Si iuxta leges conclusionum applicari si conueniant, conscientia veritatis habebantur, si discrepant, seu disidentia repudientur. In malo genere audiup ab eis quodcumque. His p. in misericordia.

## LIBER PRIMVS DE REGVL A SANAE DOCTRINA ET FIDEI IN RE

Eucharistica ad discernendum autem falsum, apprimere non solum si modorumq. cessaria, omnius obominatione deponensq. expositio.

CERTA Messe quandam sanguini dei regulam, ad quam omnis & factam etorū & sanctorum scripturarum sapiens, vera, sobria, minimē; coacta quadret expositio, Augustinus multis locis iudicat: Contra aduersarium Legis & Prophetarū dicitur, cap. 9. recitatis ex Paulo allegorice aliquot veteris scripturae interpretationibus, quibus per comparationem non apponit eam oquin ionem; quia dominus afficerat, tuam se nobis carnem manducando, bibendo inquit sanguine.

tinguinem dare, recta subiecta hanc  
vniuersalem notam: atque in omni-  
bus sanctis scripturis secundum sanguinem  
fidei regulam figuratè dictum vel fa-  
ctum si quid exponitur, de quibus  
libet rebus & verbis, quæ sacris pâgi-  
nis continentur, expositio illa duca-  
tur, non aspernanter, sed sapienter  
adgiamus.

Quæ iam ista regula sit, expedit an-  
te omnia perscrutari & perpendere.  
Quomodo enim alias probam scri-  
pturæ explanationem, ab adulterina  
dignoscemus, nisi ad aliquem veluti  
Socratop. & lapidem Lydium singula  
examinantes, cuius quidq; moneta  
sit explorauerimus.

Principio constat hoc quidem in-  
ter optimos quosq; diuinæ veritatis  
inquisidores, solos libros Canonicos  
scripturaræ sacræ, præ ceteris omnibus  
hochonore censeri, & singulari, qua-  
dam prærogatiua istam appellationem  
meriti, ut instar canonis habeantur,  
enim applicatione quævis hominum  
rogitata, dicta factaque dijudicentur.

Vnde non desunt, qui existimant le-  
gem ipsam Hebræis יְהוָה tanquam  
amussim, directoriam virgulam, seu  
perpendiculam nominari.

Cum autem huic quamlibet diui-  
no canoni per varios abutētum mo-  
rūs & affectiones simile ferè quippiā  
accidere quotidie experiamur, quale  
quid de plumbea Lesbiorum regula  
ad quamlibet figuram flexibili apud  
Aristotelem legitur, ut simulac quis-  
tria vel quatuor vel ad summū quin-  
que verba è scriptura producta, op-  
nioni sue stabiliendæ, quomodo cun-  
que accommodarit: arbitretur statim  
consentanea se sanæ fidei sentire ac  
dicere. Utissimum est, si è latissimo  
sanctorum scripturarum campo, re-  
gula illa sanæ fidei intra certos qno-  
dam cancellos & limites concluda-  
tur, & paucissimi evidentissimisque,  
quoad fieri potest, verbis comprē-  
datur. Oportet autem, ut illa sit vni-  
uersalis & communis omnium tem-  
porum, nec rebus solùm præteritis  
aut præsentibus, sed & futuris conue-  
niat,

niat , & (quod Aristoteles in legibus  
recte positis commendat ) definiat  
exactè , quæ suo ambitu continet ,  
quam minimū verò dubij coniecture  
humanæ relinquat .

Sic videmus Mosen , Prophetas ,  
Christum & Apostolos ex omni far-  
ragine tot diuersissimaruin legum ,  
duobus mandatis charitatis summa-  
tim cōplexos esse , quicquid vñquam  
vel vspiam Deus à mortalibus præci-  
pue requisiuit . Quoties igitur huma-  
na curiositas , hypocrisis , superstitio ,  
Idololatria nunc suos quosdam ficti-  
tios cultus & traditiones sectari , vige-  
re , obtrudere : hūc ceremonias etiam  
à Deo traditas ( fide , pietate , miseri-  
cordia neglectis ) usurpare cœpit : ibi  
Deus cōtra per sinceros veritatis præ-  
cones semper haud obscurè signifi-  
cavit , timorem sui , charitatem proxi-  
mi , iudicium & misericordiam pluris  
esse sibi quibuscunque oblationibus  
& sacrificijs .

Paultis profectò præscribens Ti-  
berio formam veræ pietatis , tribus

vetbis rem omnem absoluit , dicens :  
 Finis præcepti est charitas ex puro  
 corde & conscientia bona & fide non  
 ficta , quem imitatus Augustinus , hæc  
 tria sunt , ait , quibus & scientia omnis  
 & prophetia militat , fides , spes , cha-  
 ritas ; ac protinus homo fide , spe , cha-  
 ritate subnixus , eaque inconcussè re-  
 tinens , dummodo ad ista tria omnem  
 intellectum diuinorum scripturarum  
 referat , iubetur ab Augustino securus  
 ad sacrorum librorum tractationem  
 accedere .

E rebus iam dictis idem auformo-  
 dum inuenienda loquutionis in sa-  
 cris literis propriâe an figurata sit ,  
 demonstrat istis verbis : Iste omnino  
 modus est , ut quicquid in sermone  
 diuino , neque ad morū honestatem ,  
 neque ad fidei veritatem propriò re-  
 ferri potest , figuratum esse cognoscas .  
 Morum honestas ad diligendū Deum  
 & proximum ; fidei veritas ad cognos-  
 cendum Deum & proximum perti-  
 necit ; spes autem sua cuique est in con-  
 sciencia propria , quemadmodum se-  
 sentit .

sentit ad dilectionem Dei & proximi,  
cognitionemque proficerē.

Porro in exquirenda sanæ fidei re-  
gula duplex sese offert consideratio,  
prior rerum ipsarum, posterior signo-  
rum, quæ notæ sunt rerum. Quo in  
generè verba principatum obtinent,  
quibus literæ & scriptura proximo  
gradu iunguntur, & sacramenta, quæ  
sunt quasi visibilia verba.

In rebus duplex spectatur veritas,  
prima sententiarum, altera cōnexio-  
num: illa per se ipsam valet, inq; libris  
Ecclesiasticis inuenitur: Hæc vim suā  
ex consecutione acquirit. Veris enim  
et quisque sententijs, quum incertas  
vera connexionē iunguntur, etiā ipsæ  
sentæ fiant necesse est: & vice versa  
vum falsum est quod consequitur,  
necessæ est, ut falsum sit, quod præ-  
cedit. Argo si dicitur, si loquitur  
Cū in virtutis veritate oportet, con-  
veniant & consentiant Dei verbū,   
scriptura sacra & sacramenta. Sunt  
enim signa omnia tantumvisibilia, quam  
vocabilia & scriptilia in hoc reperti  
sunt.

& diuinitus instituta, ut hominib<sup>ur</sup> ser-  
uiant, ad cognitionē & dilectionem  
rum rei, qua fruentes beati existimus,  
rum rei, quæ nobiscum ea re frui po-  
test. Hoc vt nosceremus atque posse-

**Augustin.** mus (ait Augustinus) facta est tota pro-  
libr. 1. de salute nostra per diuinam prouiden-  
doctrina tiam dispensatio temporalis, qua de-  
**Christia-** bemus vti, non quasi mansoria qua-  
22. dam dilectione atq; delectatione, sed  
transitoria potius tanquam viæ, tan-  
quam vehiculorum, vel aliorum quo-  
rumlibet instrumentorum, vt ea quir-  
bus ferimur propter illud, ad quod fe-  
rimur, diligamus. Rerum autem tres  
gradus constituit idem Augustinus:  
primo loco ponit res propter se ex-  
petendas, quibus solum fruendum  
est, & quæ perpetuo amore sibi inh-  
rentes beatos efficiunt. In hoc genere  
sola censetur sancta & indiuidua Tri-  
nitas: unus Deus Pater, Filius, & Spi-  
ritus sanctus. Secundo loco recenset  
eas res, quibus utimur, & ad beatitu-  
dinem tendendo adiunquamur, vt 2d  
illas, quæ nos beatos faciunt, perue-  
nire,

nite, atque his inhærere possimus. Inter utrumque genus rerum nos versamur, qui illis partim fruimur, partim vtimur. Quod si ergo eis, quibus uterū est, frui voluerimus, impeditur cursus noster, & aliquando etiam deflectitur, ut ab his rebus, quibus fruendum est, obtinendis, vel retardemur, vel etiam reuocemur, inferiorū amore præpediti. Porrò res proximè post sanctam Trinitatem beatitudinē nostram adiuuātes, sunt fides, spes, charitas, quibus excitandis, cōfirmandis, augendis & cōseruandis in nobis diuinitus instituta & comparata sunt, Dei verbum, scriptura & sacramenta. Nihil ergo in his aliud appetamus, quam voluntatem Dei de rebus antedictis inuenire.

Voluntas verò Dei, de fide, spe, charitatēque à nobis flagitatis, perpetuo eadem & sui similis manet, etiam si signa varientur aut mutentur. Itaque licet diuersa signa sint verbum Dei, sonans scriptura & sacramenta, quia Verbum per aures, Sacramenta pér oculos

oculos & reliquos sensus Dei voluntatem hominibus insinuant, literas voces transcutentes, & mutas oculis absentium ostendunt, ut & hinc voluntas & sententia dicentis, siue scriptoris perspiciatur: tamen res ipsa propter ea diuersae non sunt. Nec enim sacramenta nouam aut aliam à verbis & scriptura, sed prorsus eandem fidem, spem, charitatem suggesterunt aut posulant. Ceterum nec illud mutat Dei voluntatem, quod verba scriptura iacras aliás propriè, aliás figuratè posita noscuntur. Nam si propriè sonant verba, communem illam & Catholice fidem, spem, charitatem, tunc non sunt ad alia referenda, quasi figuratè dicta sint: cum vero sensus verborum diuinorum ad proprietatem acceptus absurdus est, nec potest propriè vel ad morum honestatem, vel ad fidem veritatem referri: querendum est utrum, num forte illo vel illo tropo dictum sit, quod non intelligimus, & tandem diligentie consideratione versandum, quod legitur, donec ad rogationem chari.

caritatis interpretatio perducatur.  
 Ex his, quæ hactenus dicta sunt, eoli-  
 liqui potest, in regula sanæ fidei con-  
 struenda, primam rationem rerum  
 esse habendam, secundam verborum  
 et reliquorum signorū, quæ omnino  
 rebus respondere debent, à quibus si  
 differentiant aut discrepant, certissimū  
 rancēt voluntatem Dei in verbis &  
 signis nondum generi: ut tamen & rei  
 significatæ & sermoni quoq; diuinio  
 sae: conster ratio & integritas, ante  
 omnia talis eruantur è verbis Dei sen-  
 tas, qui sit fidei, spei & caritati con-  
 sentaneus non contrarius. Deinde  
 oddatur causa cōuersæ loquutionis.  
 Virumque demonstremus exemplis.  
 Augustinus contra Manichæos, Om-  
 nes, inquit, qui spiritualiter intelli-  
 gunt scripturas, non membra corpo-  
 rea, oculos, aures, manus Dei, intel-  
 ligunt, sed spirituales potentias acci-  
 pere didicerunt. Et rursus: Quod ma-  
 nibus corporalibus Deus de lymo fin-  
 desit hominem; nimium pacillis est  
 cognitio, ita ut si hoc scriptura dixi,  
 sit,

set, magis cum qui scripsit, translatō  
verbo vsum credere deberem⁹, quām  
Deum talibus membrorū lineamen-  
tis determinatum, qualia videmus in  
corporibus nostris: Sed pro potestate  
& virtute Dei positum huius membra  
nomen, quis vsque adeò desipit, vt nō  
intelligat.

Idem super formulis scripturæ, co-  
lumba est Spiritus sancti, petra erat  
Christus, sic scribit: Illud in his maxi-  
mè cauendum est, ne cuiquam Dei  
natura vel Patris, vel Filij, vel Spiritus  
sancti commutabilis & conuertibilis  
esse credatur. Nec moueat, quod ali-  
quando res, quæ significat, nomen  
cius rei, quam significat, accipit. Spi-  
ritus sanctus dictus est corporali spe-  
cie tanquam columba descendisse &  
mansisse super eum. Sic enim & petra  
Christus, quia significat Christum.

In quibus exemplis videmus, Au-  
gustinum primam rationē habuisse  
rerum, secundam verborū: quoniam  
enim veritati fidei repugnaret, si De⁹  
propriè & simpliciter diceretur ha-  
bcere

bere manus, pedes, oculos, brachia,  
& alia eiusmodi membra. Ideò fidei  
veritas postulat & cogit nos in tali-  
bus loquutionibus à proprietate ver-  
borum discedere. Deinde ut nihilo-  
minus sermonis genus sibi constet,  
non pudet Augustinum rationem à  
Grammaticis & Rethoribus figura-  
tarum loquutionum mutuari.

Haud aliter nos & fidei veritate &  
morum honestate adducti, imò coa-  
cti sumus, literalem sensum verborū  
Christi in Cœna Domini omittere &  
spiritualem amplecti. Primum enim  
dictat fidei veritas, nullam rem inani-  
mam, esse verum, naturale, & viuum  
corpus Christi: panis vero & vinum  
res iunt inanimæ. Ergo nec panis est  
viuum Christi corpus, nec vinum est  
sanguis verus & viuus substantialiter.  
Itē quæ corruptioni etiamnum sunt  
obnoxia, ea nequeūt esse realiter cor-  
pus & sanguis Christi, quia Christus  
semel mortuus, nō moritur amplius.  
At panis & vinū Eucharistiae abeunt  
in ventriculum, & decocta egeruntur

per

per oculos meatus naturæ, quod te-  
 statur Origines in 15. cap. Matthæi. Sed  
 hoc nefas esset de corpore & sangu-  
 ne Christi cogitare, nedum dicere.  
 Quare necessariò sequitur, panem &  
 vinum non esse substantialiter sine  
 realiter corpus & sanguinem Christi.  
 Quod autem honestati morum re-  
 pugnet literalis sensus de orali man-  
 educatione corporis Christi, August.  
 lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 16.  
 sic ostendit: Si præceptiua locutio est  
 aut flagitium aut facinus vetans, aut  
 utilitatem, aut beneficētiā iubens,  
 non est figurata: si autem flagitium  
 aut facinus videtur iubere, aut utili-  
 tatem aut beneficentiam vetare, fi-  
 gurata est, Nisi manducaueritis, in-  
 quid, carnem filij hominis, & sangu-  
 nem biberitis, non habebitis vitam in  
 vobis, facinus vel flagitium viderur  
 iubere. Figura est ergo, præcipiens  
 passioni Domini esse communican-  
 dum, & suauiter atque utiliter recon-  
 dendum in memoria, quod pro nobis  
 caro ciūs crucifixā & vulnerata sit.

Hicce

Hicce tantis & tam iustis causis mo-  
ti, verborum etiam Domini veritati  
& stabilitati medemur ratione non  
tantum in vita communis & rebus vul-  
garibus usitata, verum etiam in mul-  
tis sacrae scripturæ locis obseruata, ubi Augustinus  
imaginatis rebus verarum rerum no- de mirabilis  
mina saepe adscribuntur: quomodo libris scripsit  
& virga Mosis in similitudinem serpentiæ. lib.  
pentis imaginata, & phantastica illa 2. cap. iii  
magorum serpentum in Aegypto, &  
ille æneus serpens nominatur. Duo  
quoque Cherubim pro similitudine  
obumbratè propitiatorium nuntian-  
tur: Cum hæc omnia non ipsa rerum  
veritate, sed pro similitudine ista no-  
mina recipiant: ipsæ tamen scripture  
sineulla incertitudinis regula, quasi  
res veras hic nominatim ponunt. Qui-  
bus verbis Augustinus calumniam  
aduersorum retundit, vociferantū  
vani clamorib' ratione à nobis usura-  
para, totam scripturam incertam redi-  
di, & deformari.

Quoniam vero non est satis literat-  
lem verborū Christi sensum, ut à fide,  
spe,

spe, charitatēque alienum repudiare,  
 nisi contrariū de spirituali eorundem  
 verborum interpretatione doceatur:  
 opere pretium est, ut deinceps probe-  
 mus nostrā sententiam de Eucha-  
 ristia, & veritati sententiarum, id est,  
 fidei Catholicae, spei nostrae de cetera  
 beatitudine, charitati tum Dei erga  
 nos, tum nostrae erga illum, & inter  
 nos mutuae, & veritati connexionū,  
 & verbo Dei per omnia, & natura  
 analogiæque omnium sacramento-  
 rum esse consentaneam. In quo Deus  
 largiatur nobis suum spiritum, qui  
 nostras cogitationes de diuinis rebus  
 ad gloriam sui nominis dirigat, & ca-  
 lamum moderetur, ne quid affecti-  
 bus indulgentes scribamus, quod cetera  
 veritati in ullo detrahatur, Amē.

## DE VERITATE SENTEN- TIARVM IN RE EV- charistica.

*Iohann. 17.* **D**ominus noster Iesus Christus  
 interpellans pro discipulis, &  
 toto

toto credentium gregē patrem, inter Iohann. 17.  
 illā sic orat: Sanctifica eos in veritate  
 tuā: Sermo tuus veritas est. Cūm igit  
 Ecclesiastes Salomonis vna sen- Eccles. 8.  
 tientia, & rectè quidem, omnes om  
 nium opiniones felicitatem homi  
 nis extra Deum querentes, aut po  
 nentes, vanitatis damnet, & ut falsas  
 & pernicioſas reprobet: meritò etiā  
 prefertur Dei verbū reliquis doctrin  
 is & scriptis omnibus, vel hoc solo  
 nomine, quod nusquam alibi, quām  
 in scriptura sacra, sapientiæ diuinæ  
 atque æternæ veritatis inueniatur.  
 Vnde & Apostolus in Ecclesia nihil  
 aliud, niſi vocem æterni Dei sonare  
 vult, quando ſic præcipit: Si quis lo  
 quitur, ut cloqa Dei loquatur. Quo  
 ties ergo de veritate & sapientia in  
 fallibili quæſtio incidit, curramus ad  
 ſontem illum viuum scripturarum,  
 ac inde hauriamus, quantum opus fit  
 & ſufficiat ſiti noſtræ leuandæ ac re  
 ſinguendæ.

Gloriabantur quidem Iudei lege  
 & verbo Dei, scriptis in quam Mofis & Rōme, 2.  
 F 2 Prophe-

**Prophetarum**, in quibus videbantur  
sibi vitam æternam habere, profite-  
**Iohann. 3.** banturque se Dei voluntatem scire:  
quia verò factis negabant, abomina-  
biles Deo facti sunt. Verbū verò Dei  
æstimandum est magis virtute, quam  
sono: quippe multis dicētibus Chri-  
**Matth. 7.** sto, DOMINE, Domine, responsu-  
rus est Christus in illo die, non noui-  
vos, cùm tamen testetur Apostolus,  
**2. Cor. 12.** neminem posse dicere Dominū esse  
Iesum, nisi per Spiritum sanctum. Sed  
hæc confessio, si verbo tenus fieri in-  
telligenda est, tunc non nudus verbi  
sonus, sed & sensus & virtus coniun-  
ctim cum verbo accipitur: stulta verò  
est iactantia literæ mortuæ, & à Spiri-  
tu, & genuino sensu separata.

Quemadmodū Iudæi scripturam  
sibi viuificare esse putabant, sed absq;  
viviificantे Spiritu, & iusta eius intel-  
ligētia, quum in hunc finem & usum  
scriptura diuinitus destinata esset, ve-  
rita æterna in illa quæreretur. Quo-  
niam autem non ubique in superficie  
scripturæ, mens scripturæ inuenitur,

opus

opus est scrutinio, ut ne, quod in pro-  
fundis latet, nobis remaneat abscon-  
ditum. Si quis ergo verbum Dei ne-  
glectum audiens, aut scripturam obi-  
ter quasi in transcurso, & superficie  
incipiens, mox sanctam illam verita-  
tem se tenere, & percepisse arbitretur,  
is fallit seipsum, lucem vitæ, quæ illic  
continctur sibi obscurans & prefo-  
cans. Nec putandus est talis debitum  
honorem deferre Dei verbo, qui ha-  
vens in cortice literæ, seu nuda voce,  
ad medullam & nucleus eius, intel-  
lectu non penetrat. Et rursus nō mox  
à verbo Dei & scriptura recedere cen-  
sendus est, qui omisso literæ cortice,  
thesaurum diuinæ mentis ibi recon-  
ditum inquirit aut ostendit.

Hæc necessariò præmittenda fue-  
runt hoc loco, propter inanem osten-  
tationem, & accusationem eorū, qui  
dum sese titulo verbi diuini vendi-  
tant, suas opiniones nomine verita-  
tis regentes & ornantes, simul in su-  
spicionem contempti, corruptique  
verbi diuini adducunt alios, qui cor-

ruptelas eorum non admittunt. Veritas igitur sententiarum iuxta Deum verbum exp̄edendarum cernitur potissimum in Catholica fide, solida & sincera charitate. Ad quæ tria, si nostram de Eucharistia doctrinam scire referre monstrauerimus, licet aduersarij pergent eam calumniari & damnare, persistabit illa tamen in uiolabilis aduersus omnem calumniatorum mortuum.

DE VERITATE FIDEI CATHOLICAE IN EV  
charistia.

**D**icturi de fide Eucharistiae, non tantum historicam seu narrationis fidem requirimus, qua verbè dicta factaque à Christo esse credamus, quæcunq; à narratoribus Euangelijs commemorantur in ultima illa Cœna a Domino esse dicta, gesta, nobisque obtemperatum pposita. (Quis enim vel de minimo istorū apice dubiteret?) sed ne eiusmodi quidē fidem implacitam

citam (aut quomodo cunq; eām vo-  
care libet) in Eucharistiæ negotio sta-  
tuimus, quæ verbis Christi vel pror-  
sus non intellexistis, vel perperam in-  
tellexistis habeatur. Reperiūtur enim,  
qui laudi sibi duci velint, qualēcunq;  
credulitatem verbis Christi adhibi-  
tam, dicentes simpliciter se credere  
Domino, ciq; permittere verborum  
mysteriorumque suorum veritatem:  
contra quos tenendum est, eos qui <sup>Cor. 11, 28</sup>  
nō dijudicant, vel discernunt corpus  
Domini à vulgari & pfano cibo, neq;  
fano iudicio expendunt sacri illius  
cibivsum, non immacerito reprehendi  
ab Apostolo.

Nec verò illiusmodi fidem proba-  
mus, quæ verbis Cœnæ Dominicæ vl-  
lam rei nouitatem aliam præter Sa-  
cramenti institutionem, vel in ipsam  
terum naturam, vel in religionem ve-  
ram putet esse innectam: quasi Chri-  
stus peculiare quippiam in vſu Cœ-  
næ, quod aliâs non fuerit creditum,  
credi à nobis postulet. Sed nostri cō-  
ſilij est demonstrare, quantum mo-

menti Eucharistia ad antiquam illam  
 & iam antea receptam fidem in nobis  
 excitandam, confirmandam, conseruandam & augendam afferat: quæ  
 quidem antiqua fides, si cæteris pijs  
 hominibus ab initio mundi ad Christi usq; aduentum in carnem sufficere  
 ad salutem potuit: non video, cur  
 nos ea minus contenti adhuc aliam  
 præter illam ipsam desideremus. Ve-

**Ephes. 4.** ra & sana fides hoc imprimis habet  
 proprium, ut sit vna & Catholica, at-  
 testante Apostolo: Vna fides, vnum  
 baptisma, vnum corpus, & vnum Spir-  
 tus, quemadmodum & vocati estis in  
 vnam spem vocationis vestrae. Item,

**Cor. 4.** cum habeamus eundem spiritum, iuxta illud, quod scriptum est: Credidi,  
 & ideo loquutus sum. Et nos credi-  
 mus, quapropter & nos loquimur.  
 Hinc colligit Augustinus, etiam anti-  
 quos iustos, quicunq; ante aduentum  
 Christi in carnem, esse potuerunt, no-  
 nisi per candem fidem esse liberatos,  
 per quam liberarunt & nos, fidem sci-  
 licet incarnationis Christi, quæ illis  
 futura

sutura prænuntiabatur, sicut à nobis  
facta annuntiatur. Et quia tempore  
veteris Testamēti velabatur, tempore  
noui Testamenti reuelabatur: ideò  
eius Sacra menta variata sunt, ut alia  
essent in veteri Testamento, alia in  
novo, quum fides varia non sit, sed  
una sit.

Idem longè adhuc clarius, Ante  
aduentum, inquit, Domini nostri Ie-  
su Christi, quo humilis venit in car-  
ne, præcesserunt iusti, sic in eum cre-  
dentes venturum, quomodo nos cre-  
dimus in eum, qui venit: Tempora  
variata sunt, nō fides, quia & ipsa ver-  
ba pro tempore variantur, cùm variè  
declinātur: aliud sonum habet, ven-  
turus est, aliud sonum habet venit:  
mutatus est sonus, venturus est & ve-  
nit: eadem tamen fides vtrosq; con-  
iungit, & eos, qui venturū esse, & eos,  
qui cum venisse crediderunt: Diuersis  
quidem temporibus, sed vtrosq; per  
vnum fidei ostium, hoc est, per Chri-  
stum videmus ingressos. Nos credi-  
mus, Dominum nostrum natum ex

*45. tract.  
in Iohann.*

virgine venisse in carne, passum esse  
 resurrexisse, in cœlum ascendisse: to-  
 tum hoc, sicut verba auditis præteriti  
 temporis, impletum esse iam credi-  
 mus: in eius sunt fidei societate no-  
 biscum & illi patres, qui crediderunt  
 de virgine nasciturum, passurum, re-  
 surrecturum, in cœlum ascensurum.  
 Illis enim ostendit Apostolus, vbi ait,  
**Habentes eundem Spiritum fidei, sicut**  
 scriptum est, Credidi propter quod  
 locutus sum, Propheta dixit, Credidi  
 propter quod locutus sum: & Apo-  
 lus dicit, Et nos credimus propter quod  
 & nos loquimur. Ut scias autem, quod  
 una sit fides, audi dicentem: habentes  
**eundem Spiritum fidei & nos credi-**  
 mus. Sic & alio loco: Nolo vos, igit,  
 fratres ignorare, quod patres nostri  
 omnes sub nube fuerunt, & omnes  
 mare transferunt, & omnes in Moïse  
 baptizati sunt in nube & in mari, &  
 omnes eandem escam spiritualem  
 manducauerunt, & omnes eundem  
 potum spiritualem biberunt. Marcus  
 rubrum significat baptismum, Moïses  
 duces

**Cor. 10.**

duxtor per mare 'rubrum significat Christum, populus trāsiens significat fideles. Mors Aegyptiorum significat abolitionem peccatorum : in signis diuersis eadem fides : si in signis diuersis, quomodo in verbis diuersis? qā verba sonos mutant per tempora, & utiq; nihil aliud sunt verba quam signa. Significando enim verba sunt: Tolle significationē verbo, strepitus inanis est. Significata sunt ergo omnia. Nunquid non eadem credebant, per quos hæc signa ministrabantur? Per quos eadem, quæ credimus, Prophetata prænuntiabantur? Utq; credebant, sed illi ventura esse: nos autem venisse. Ideò autem sic ait, eundē potum spiritualē biberunt: sic spiritualē cundem, nam corporalem non cundem. Quid enim illi bibebant? Bibebant de spirituali sequente petra: petra autem erat Christus. Videte ergo, fide manente, signa variata: ibi petra Christus, nobis Christ⁹ quod in altari ponitur: & illi pro magno sacramēto sūsdē Christi biberunt aquā p̄fūctam

Lib. 9.  
cap. 16.

tem de petra. Nos quid bibamus, no-  
runt fideles. Si speciem visibilem in-  
tendas, aliud est, si intelligibilem si-  
gnificationem, eundem potum spiri-  
tualem biberunt. Quotquot ergo il-  
lo tempore crediderunt vel Abrah<sup>z</sup>,  
vel Isaac, vel Iacob, vel Mosi, vel alijs  
Patriarchis alijsq<sup>e</sup>ue Prophetis Chri-  
stum prænunciantibus, oues crant.  
Agens idem Augustinus aduersus Ca-  
lumniosam imperitiam Fausti Mani-  
chæi, demonstrat quanto errore deli-  
rent, qui putant, signis sacramentisq;  
mutatis, etiam res ipsas esse diuersas,  
quas ritus Propheticus prænuntiauit  
promissas, & quas ritus Euangelicus  
annuntiauit impletas: aut qui cen-  
sent, cum res cædem sint, non eas alijs  
sacramētis annuntiari debuisse com-  
pletas, quam his, quibus adhuc com-  
plendæ prænuntiabantur: si enim so-  
ni verborum, quibus loquimur, pro  
tempore commutantur, cademq; res  
aliter enūtiatur facienda, aliter facta,  
sicut ista ipsa duo verba, quæ dixi, fa-  
cienda & facta, nec paribus morarum  
intcr.

interuallis, nec ijsdem vel totidem li-  
 teris syllabise sonuerunt. Quid mi-  
 rum, si alijs mysteriorum signaculis,  
 passio & resurrectio Christi futura,  
 promissa est, alijs iam facta annuncia-  
 tur: quando quidem ipsa verba, fu-  
 turum & factum, passurus & passus,  
 resurrecturus & surrexit, nec tendi  
 equaliter, nec similiter sonare potue-  
 runt? Quid enim sunt aliud quæque  
 corporalia sacramenta, nisi quædam  
 quasi verba visibilia, sacrosancta qui-  
 dem, veruntamen mutabilia & tem-  
 poralia? Deus enim æternus est: nec  
 tamen aqua & omnis illa actio cor-  
 poralis, quæ agitur cum baptismus &  
 fit & transit, æterna est. Vbi etiā rursus  
 illæ syllabæ celeriter sonates & trans-  
 cuntes, cum dicitur Deus, nisi dicam-  
 tur, non cōfēcratur: Hæc omnia fiunt  
 & transcuntes, virtus tamē, quæ per ista  
 operatur, iugiter manet, & donum  
 spirituale, quod per ista insinuatur,  
 æternum est. Ex tot & tam claris te-  
 stimonijs firmiter colligitur, vnam  
 perpetuò fidem, & residci obiectas;

hec

**Augustin.** hec est, per verbum & sacramenta libr. 3. de significatis, easdem omnibus temporibus esse oportere. Scripturam etiam **Christias** sacram, sive præteriorum narratione, **na. 14. 10.** sive futurorum prænuntiatione, seu denique præsentium demonstratione, **Augustin.** non nisi vñā Catholicam fidem asse-  
quæst. Eus rere adeoq; ipsam sociatē fidelium ang. lib. 2. congregatorum, doctrina vel per sa-  
**cap. 40.** cramenta imbutam, vel per sermones sonātem atq; lectionem catechisatā, appbando inuicem atq; cōmunican-  
do, verę fidei consensum in omnibus, quæ dicuntur verbis vel signantur sa-  
cramentis, tanquam vnam speciem veri coloris, sanitatis fidei certissimum signaculum obducere.

Quemadmodū ergo vna est sancta Ecclesia catholica sanctorū cōmunitas ab initio mundi ad finem usq; super structa vnico fundamento (prer quod nemo aliud potest ponere) nempe summo angulari lapidi Iesu Christo, qui ex utrisque fecit unum & intersti-  
tium maceriaz diruit: unde & Iesus Christus dicitur fuisse heri, esse hodie, & in  
cod.

et in secula futurus: item agnus ab origine mundi immolatus. Ita quoq; oportet, ut sit vna Sanctorum omniū de Christo, & de reliquis æternæ veritatis capitibus fides & sententia: si enim Christus æquè cōmībus ad salutem est necessarius: sancè quæ necessitas nos hodie cōpellit ad Christum confugere, eadem adegit veteres, ut fiduciam suam in illum cundem promissum collocarent. Vtrumq; nos in vīsu Eucharistiae credimus & profitemur, primum per famem ac sitim iustitiae à conuiuis mensæ Dominicæ ante omnia requisitum, nostram indigentiam & defectionē ex originali peccato attractā agnoscimus: quam nostrā in opiam & miseriā quò magis perspicceremus, lex Dei lata est, quæ & cognitionē peccati & ira diuinę propter peccata magnitudinem insinuat: quibus benè cognitis, tanto libētius Dei misericordiam & gratiam in Christo prēstitā & oblatam amplexamur. Ideo palam & ingenuè agnoscimus nos neq; dū hanc vitā tēporāriam

rium degimus, nostris viribus iusto  
sancteque viaere, neque post hanc vi-  
tam nostris meritis ad æternam bea-  
titudinem peruenire posse. Hinc ad-  
moniti & excitati ad Christum accur-  
rimus, ut ab eo ceu perenni fonte, sa-  
pientiam, iustitiam, sanctitatem, &  
summam felicitatē hauriamus: qui  
alter est gradus cognitionis fidei Eu-  
angelio propositus. Quoties igitur  
fideles mensam dominicā accedunt,  
fidem hanc suam & de scipis & de  
Christo non tantū intus in animo,  
tanquam in sede fidei propria conti-  
nent, sed eandem etiam foris (quan-  
tum quidem ab hominibus coram  
hominibus fieri potest) ore testantur  
ac proferunt, iuxta illud Apostoli

**Rom. 10.** Corde creditur ad iustitiam, ore fit  
confessio ad salutem. Oris autē con-  
fessio cùm ex fide cordis tāquam fru-  
ctus ex radice progerminet, non po-  
test nec debet statuere alia, quām fi-  
des ipsa. Confessionem oris dico non  
eam solummodo, quæ verbis expres-  
sis Christum Dominum & Scrutore  
suum

suum prædicat: sed eam quoque oris  
 confessionem appello, quando pius  
 homo, Christi obediens mandato,  
 mysteria sumit corporis & sanguinis  
 Domini. Nam & hic quamlibet ta-  
 cens manifestè facto ipso prodit, se  
 appetere Christum iustitiā nostram  
 longè ardentius, quam vel homo fa-  
 melicus panem & cibum, vel sitibun.  
 dus vīnum & potum appetat. Certè  
 Augustinus inquit: Si est negatio per  
 facta, fit & confessio per facta. Paulus  
 quoque de reprobis dicit, quod factis  
 Christum negent, cur minus ea, quæ  
 a fidelibus secundum Christi manda-  
 tum geruntur ad eiusdem confessio-  
 nes pertineant? Talis nimirum est  
 sumptio panis & vini Eucharistici, quæ  
 sicut in memoriam Dominicæ pro no-  
 bis passionis. Quæ propterea fidei  
 corde & ore fieri Augustino dicitur,  
 quia os fidelis hominis ea in re suum  
 facit officium & operam, quam inte-  
 riori homini debet ac potest, præstat:  
 id quod hypocritæ superstitioni &  
 sapienti, corda fide vacua afferentes, nō

faciunt. Edunt enim illi quidem panem Eucharisticum, sed non ex fide: atque idcirco, ut non fideli corde, ita nec ore fidei obsequenti edunt.

Tria igitur (ne quis nouam nobis in Eucharistia fidem obtrudat) consideranda sunt. 1. Promissio antecedens, veteribus tam verbo quam sacramentis facta & confirmata. 2. Promissionis impletio. 3. Impletionis celebratio. Hoc enim ordine, quem Deus ipse in singulorum istorum institutione & actione tenuit, propo-

**Libr. 20.** nuntur illa tria ab Augustino. **Huius capit. 21.** sacrificij caro & sanguis ante aduentum Christi per victimas similitudinum aduersus Faustum. pmittebatur. In passione Christi per ipsam veritatem reddebat: post aduentum Christi per sacramentum memoriae celebratur. Impletio promissionis, quæ veritas sacramentorum Augustino est, posita in medio, veteres & nos vni<sup>o</sup> fidei vinculo coniungit.

In Enchiridio ad Petrum Diaconum cap. 19. sic legitur: Firmissime tene & nullatenus dubites, ipsum unigenitum Dcū

Dei verbum carnem factum, se pro  
 nobis obtulisse sacrificium & hostiam  
 Deo in odorem suavitatis, cui cum  
 Patre & Spiritu sancto à Patriarchis,  
 Prophetis & Sacerdotibus tempore  
 veteris Testamenti animalia sacrifi-  
 cabantur: & cui nunc tempore noui  
 Testamenti cum Patre & Spiritu san-  
 tho, cum quibus illi vna est diuinitas,  
 sacrificium panis & vini, in fide & cha-  
 ritate, sancta Dei catholica Ecclesia  
 per vniuersum orbem terræ offerre  
 non cessat. In illis enim **carnalibus**  
 victimis figuratio fuit carnis Christi,  
 quam pro peccatis nostris ipse sine  
 peccato fuerat oblaturus, & sangu-  
 nis quem erat effusurus in remissionē  
 peccatorum nostrorū. In isto autem  
 sacrificio gratiarum actio atq; com-  
 memoratio est carnis Christi, quam  
 pro nobis obtulit, & sanguinis quem  
 pro nobis effudit. In illis ergo sacrificijs  
 quid nobis esset donandū, figuratè si-  
 gnificabatur: in hoc aut sacrificio qd  
 nobis iam donatū sit, euidēter osten-  
 ditur: in illis sacrificijs p̄nuntiabatur

filius Dei pro impijs occidendus : in  
hoc autem pro impijs annuntiatur  
occisus.

Porrò fides nostra de Christo in  
Eucharistia mysterio non id modò  
pro certo habet, quod filius Dei as-  
sumtā carnem pro nobis semel in  
mortem tradiderit, & sanguinem suū  
profuderit: sed credimus etiam illum  
ita crucifixum & immolatum, quod  
vnica oblatione factum est, nec opus  
est iterari, itē tidem cibum esse & po-  
tum spiritualem fideliū, quo & animi  
& corpora eorum in hoc mundo in-  
staurentur ad sanctam & cœlestem  
vitam, & ad æternam vitam in futuro  
seculo sustententur. Ut enim vitæ na-  
turalis & animalis, quam cum impijs  
habemus communem, Christum au-  
torem & cōseruatorem prædicamus,  
licet ille procreatione parentum &  
alimonia escæ & potus ad nos gignē-  
dos & nutriendos vtatur: ita Christū  
& regenerare nos & alere suo spiritu,  
tam quo ad corporis quam animi  
sanctificationem in vsu sacramento.

rum

rum profitemur, vt toti ex fide spiri-  
 tualiter viuamus, nō tantū animas  
 nostras Deo cōsecrantes & deuouen-  
 tes in hoc seculo, sed etiam exhiben-  
 tes corpora nostra hostiam viuētem, Roma. 12.  
 sanctam, acceptām Deo rationalem  
 cultum nostrum, donec corruptibile  
 hoc induat incorruptionem. Atque  
 idcirco ex esu carnis & potu sangu-  
 nis Christi tum animabus nostris vita  
 æterna, tum corporibus resurrectio  
 ex mortuis à Christo promittitur. Ea-  
 demque de causa panis visibilis & Iohan. 6.  
 vinum in Cœna Domini insignium.  
 tur nominibus corporis & sanguinis  
 Christi, vt sciamus corpora nostra æ-  
 què ac animas nostras per panem il-  
 lum coelestem & viuum viuiscari, &  
 ad æternam beatitudinem ali & con-  
 seruari.

Hęc porrò beneficia quia fidelibus  
 antiquis nobiscum sunt communia  
 (siquidē illi quoque corporibus &  
 animis salui per eundem Christum  
 facti sunt) hinc est, quod antiquis ea-  
 dem fides conuenit & attribuitur ne-

cessariò. Nam quod Paulus de Israë.  
 litis iuxta carnem scribit: Qui edunt  
 victimas, cōsortes altaris fieri, hoc de  
 participatione beneficiorum Christi,  
 qui & per victimas & per altare fide-  
 libus olim adumbrabatur, est verissi-  
 mum. Si ergo illi participes facti sunt,  
 & fieri potuerunt corporis & sanguini-  
 ris Christi, qui in suis sacris ad Chri-  
 stum venturum respiciebant antequā  
 Christus corpus & sanguinem ex Ma-  
 ria virginē re ipsa assumisset, & pro-  
 nobis tradidisset ac profudisset: quis,  
 obsecro, dicet illis ad veram partici-  
 pationē corporis & sanguinis Christi  
 necessariam fuisse corundem realem  
 & substantialem præsentiam? Aut si  
 illis non fuit necessaria huiusmodi  
 præsentia, & nobis nunc est: quomo-  
 do erit eadem fides illorum & nostra?  
 Postulat enim quidam à nobis ho-  
 die, vt credamus, corpus & sanguine-  
 m Christi corporaliter quidem, sed  
 inuisibiliter adesse: quæ tamen sacri-  
 ficijs veterum ad eum adfuisse mo-  
 dum, nemo tam insulsus ac impudēs-  
 est,

est, qui hactenus affirmare sit ausus,  
cum substantia corporis & sanguinis  
Christi nondum esset in rerum natu-  
ra, quod autem inuisibiliter praesens  
dicitur, id omnino oporteat per se  
subsistere: quemadmodum inuisibili-  
lis Deus rebus omnibus est praesens:  
at hoc pacto corpus & sanguis Chri-  
sti, quæ sua natura visibilia sunt, anti-  
quis fidelibus substantialiter & inui-  
sibiliter adesse non poterant. Nobis  
igitur si necessarium est credere ad  
salutem, corpus & sanguinem Domini  
corporaliter esse presentia in Cœna,  
iam non amplius vna eademque erit  
fides antiquorum & nostra. Quod  
cum sit falsum, verum id esse non po-  
terit, ex quo illud consequitur.

Ceterum ratione fidei, quæ dicitur  
hypostasis rerum inuisibilium & spe-  
randarū, veteribus futura, nobis præ-  
terita æquè substantialiter praesentia  
dici poterunt, sicuti spe iam salui &  
redempti sumus, licet nondū apparuerit  
re ipsa id, quod futuri sumus. Et recte  
Chrysostomus in II. cap. Epistolæ ad

Habréos. Quoniam ca, quæ sunt in spe, inquit, sine substantia esse putantur, fides eis tribuit substantiam, magis autem ipsa est substantia eorum: ut puta, resurrectio facta est, & necdū est in substantia, sed spes facit eam subsistere in anima nostra.

Hinc facile est estimare, quām verē à quodam nostri temporis, corporis præsentia corporis & sanguinis Christi in Cœna defendatur, scribente, nouum dogma in in hac Cœna tradi, & nouum articulum fidei nunquam ante reuelatum Ecclesiae proponi. Taceo quod idem dicit, Deum ibi res nouas & inusitatas condere, & generi humano patefacere. Certè si hæc vera essent, tunc veteres manifeste, qui ante Christi incarnationem vixissent, hac noua fide atque adeò ista re noua excluderentur: aut certè illi noua hac re seu fide nequaquam indiguisserent ad æternam felicitatem in Christo obtinendam, quæ nunc tamen ad salutem cōsequendam creditu necessaria forent. Itaq; non esset vna

vna eademque via, vnum ostium, vna fides; falsum est autem hoc posterius, falsum igitur est & illud prius.

Nos quidem credimus atque fate-  
mur, Christum in sacræ Cœnæ insi-  
tutione condidisse Testamentum &  
Sacramentum nouum à Sacrementis  
Testamenti veteris nonnihil diuer-  
sum. Propterea verò dicere aut opi-  
nari, variatis mutatisq; signis variam  
esse fidem & res diuersas, Augustinus  
vocat erroris deliramentum. Si tamen  
idcirco dicatur ibi res noua esse con-  
dita, quia conditum est nouum Sa-  
cramentum (quo sensu dicitur, acce-  
dente verbo Dei ad clementum, fieri  
sacramentum) tunc potest concedi  
aliqua rei nouitas: non videlicet sub-  
stantiarum noua aliqua conuersione  
aut coniunctione introducta: sed no-  
ua potius relatione & significatione  
sen vocacione ex gratia accedente,  
orrrata.

At verò mirum non est, audaciam  
illam in crudelis nouis fidei articu-  
lis latius grassari, postquam semel à

Pontificis est introducta, qui nō sunt  
veriti symbolo Apostolorum trans-  
substantiationis suæ inuentum inse-  
rere, & Deum suum Maozim, quem  
patres non nouerunt, colendum pro-  
ponere. Euangelici sanè Doctoris nō  
est, antiqua fide spreta vel posthabit-  
ta, rebus nouis & primitiæ Ecclesiæ  
inauditis credendis animos homi-  
num occupare, nedum seducere.

Sed nos fidem nostram de Eucha-  
ristia commendaturi, & ab omni ad-  
uersariorum calumnia vindicaturi,  
rectè fecerimus, si recurrentes ad pri-  
ma principia & terminos sacros ma-  
iorum, quibus mouendis, dilatandis,  
congustandis, nemini non est inter-  
dictum, analysi facta demonstraueri-  
mus, nullum prorsus Christianæ fidei  
articulum in symbolo Apostolico  
reperi, cui non doctrina & sententia  
nostra de Eucharistia cōsentiat. Prin-  
cipio sicut in Baptismo manifestum  
habetur S. Trinitatis testimonium,  
cū in nomine Patris, Filii, & Spir-  
itus sancti tingimur & abluiimur: ita  
cum

tum Augustino dicimus, Sanctam  
Dei Ecclesiam Catholicam per uni-  
uersum orbeni in fide & charitate,  
Patri, Filio, & Spiritui sancto inces-  
santer sacrificium panis & vini of-  
ferre.

Si quis singularum personarum in-  
diuiduæ Trinitatis in Eucharistia no-  
mina sibi ostendi à nobis ex scriptura  
postulet: Certum est, Christum acce-  
pto pane & vini poculo gratias pro  
more suo egisse: at cui quæso, nisi  
Patri cœlesti? Et qua de re? Primum  
de vñu visibilis panis & vini tanquam  
rerum à Deo creatarum: quas, vt Iræ-  
neus contra Valentinianos firmiter  
concludit, non delegisset Christus ad  
veritatem corporis & sanguinis sui  
repræsentandam, si Patris à fabricato-  
re alterius extitisset. Si enim Pater  
Domini nostri Iesu Christi aliis esset  
à creatore mundi, iustitia hoc postu-  
lasset, vt fabricatori mundi potius  
quam Patri suo gratias egisset.

De Spiritus sancti operatione, &  
efficacitate in Cœna Domini, quis  
ignorat

ignorat nos egregiè secundum scri-  
pturam sentire & dicere, qui cum A-  
postolo fatemur nos per vnum Spiri-  
tum potari & satiari, sicut in vnum  
corpus baptisamur per eundem.

Christo mediatori Dei atque ho-  
minum, quam præclarum pérhibea-  
tur à nobis in vsu Cœnæ, testimoniū  
ex eo liquet, quod agnoscimus pri-  
mum ipsum pro sua diuina sapientia,  
potentia & maiestate sacramentum  
Eucharistiae instituisse: quod vtique  
nudus & purus homo facere nequi-  
nisset. Neque enim est puri hominis  
præscribere instrumenta Spiritui san-  
cto, quibus ille efficax esse debeat.  
Nam quod Christus ita illustrem &  
magnificam significationem pani &  
vino voluit imponere, vt ea fideliter  
apprehensa, communicantium ani-  
mos paſceret ad vitam æternam, ho-  
minisne id opus an potius Dei debet  
censi? Quāquam est adhuc alia cui-  
denter dicitur trinitatis Christi approba-  
tio in Cœna: cùm carnem habeat ita  
cùm Spiritu coniunctam, vt ea fide-

appre-

apprehensa, non tantum animas falsas faciat, sed & corpora ex corruptione ad incorruptionem & immortalitatem transferat in nouissimo die: in quem sensum Cyrillus verba Christi explicat, Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam. Aperte namque hic ad sanctificandum vivificandumque nihil prodesse carnem ostendit, in quantum scilicet naturae humanae caro est: quia vero mirabiles hos effectus attribuendos gloriae Deitatis putamus: hinc ipsum eriam corpus Domini coniunctum, virtute verbis sanctificatur, & ad benedictionem mysticam adeo actuum fit, ut possit sanctificationem suam nobis immittere.

Quam vero firmiter veritas humanae naturae in Christo probetur ab Eucharistia, Iraneus, Tertullianus & Chrysostomus contra Valentinum, Lib. 4. cōs Marcionem & Manichaeos clarissime tra-  
Mars offendunt. Tertullianus conuincit cionem.  
Marcionitas, Christum habuisse ve-  
rum, non phantasticum corpus, ex eo,  
quod

quod sacramētum instituerit sui corporis. Figura autem non esset, inquit, nisi veritatis esset corpus. Quasi diceret, Eius rei, quæ nusquam & nulla sit, nullā esse posse veram figuram. Chry-

**Homi.** 83. sostomus eodem penè modo: **Quan-**  
**Matth.** do dicunt ( nimirum hæretici ) vnde patet immolatum fuisse Christum, & alia multa mysteria hæc afferentes, ora ipsorum consuimus: Si enim mortuus Iesus non est, cuius symbolum ac signum hoc sacrificium est? Nam quoniam Marcion, Valentianus, Manicheus eorumque sequaces negaturi erant hanc dispensationem in memoriam passionis per hoc semper ita reducit mysterium, ut nemo non insanus seduci possit. Ita personatissimam istam mensam saluat & docet. Vbi simul videmus & passionis & mortis Christi fidem in Cœna fulciri, cuius verba expressè testantur corpus Christi pro nobis esse traditum & sanguinem effusum.

Resur-

Resurrectionem Christi ex mortuis mysteriorum nostrorum signaculis annuntiari, Augustinus affirmat. Et Dominus ipse tum panem vitæ se notando, tum symbolo panis idem indicādo comprobatur. Quando enim is nostris corporibus vitam restituat, quin corpus suum in morte reliquisset, & non resuscitasset? Oportet igitur cum viuere, qui alijs autoritatem esse debuit. Item, ut vera sit promissio, qua esurientibus, sitiensibusque iustitiam, saturitas promittitur a Christo, necesse est, ut qui traditus fuit propter peccata nostra, resurrexit ad nostri iustificationem. Nam si Christus non resurrexisset, adhuc essemus in peccatis, ut ait Apostolus.

Ascensus Christi in cœlos & sessionis eius ad dexteram Patris circa Eucharistiā tam certò admonemur, ut Ecclesia vetus nullo alio consilio voluerit excitari communicantes, hisce verbis, sursum corda, quam ut in celebratione Cœnæ sursum erigerent corda ad Dominū, ubi Christus ad dexte-

ad dexteram Dei sedet, iuxta verba  
 Pauli: Nostra cōuersatio in cœlis est.  
 Si surrexistis cum Christo, superna  
 quærite. Et Chrysostomus verba Do-  
 mini, Vbi cadauer, ibi aquilæ, huc ap-  
 plicat, vt cadauer accipiatur corpus  
 Domini propter mortem: Nisi enim  
 ille cecidisset, nos non resurrexisse-  
 mus: aquilas autem nos appellat, vt  
 ostendat eum, qui ad corpus accede-  
 revelit, oportere ad alta contendere,  
 & in ipsum cœlum subuolare. Quod  
 autē Cœna mystica spem faciat vñ-  
 pantibus eam, redditus Domini ad iu-  
 dicium, Paulus explanat istis verbis:  
Quotiescumque comederitis panem  
 hunc, & poculum hoc biberitis, mor-  
 tem Domini annuntiate, donec ve-  
 nerit. Nunc enim cernimus per spe-  
 culum in ænigmate, & ex parte co-  
 gnoscimus: ast vbi venerit, quod per-  
 fectum est, tunc quod ex parte est,  
 abolebitur.

Porrò quoniam omnes ex eodem  
 pane participamus, vnam Sanctorum  
 communionem, vnum ouile, vnam  
 fami-

familiam Dei confitemur, iuxta illud  
Apostoli: Vnus panis vnum corpus  
multi sumus. Sicut enim ex multis  
granis vnum fit panis, & ex multis aci-  
nis vnum in vnum potum confluit:  
Ita inquit Augustinus (quod ante nos  
quoque homines Dei intellexerunt,  
Cyprianus scilicet ac Chrysostomus)  
Christum corpus & sanguinem suum **Tract. 26.**  
in eis rebus commendasse, quæ ad vnū **in Iohann.**  
aliquid rediguntur ex multis, ut so-  
cietatem ipsam sanctorum in præde-  
stinaris, vocatis, iustificatis & glorifi-  
catis fidelibus significaret participa-  
tione filij, per vnitatem corporis eum  
& sanguinis fieri meliorem.

Articulus remissionis peccatorum  
in actione Cœnæ nominatim expri-  
mitur, vbi sanguis Christi dicitur in  
remissionem peccatorum effusus, ut  
igitur peccata nobis remittantur, &  
nos certiores de peccatis iam perso-  
latis & remissis reddamur, commu-  
nicatur nobiscum corpus illud Chri-  
sti pro nobis traditum, & sanguis ille  
pro nobis effusus. Concilium Nice-

num panem & vinum Cœnæ domini  
 & corporis & sanguinis Christi titulo  
 insignita, vocat resurrectionis carnis  
 nostræ symbola: Et Irenæus dicit cor-  
 pora nostra Eucharistiam sumentia  
 non esse amplius corruptibilia: Quip  
 pe accepto incorruptibili cibo atque  
 potu, hoc est, corpore & sanguine  
 Christi participaro p̄ usum externo-  
 rum symbolorum corpora nostra cor-  
 ruptibila de reparatione per Chri-  
 stum facienda in nouissimo die red-  
 dantur certiora, iuxta illud promis-  
 sum Domini: Qui edit meam carnem,  
 & babit meum sanguinem, habet vi-  
 tam æternam, & ego suscitabo eum in  
 nouissimo die. Corpora igitur nostra  
 in Cœna domini edentia panem, hoc  
 ipso testantur nos intus in animo c-  
 dere carnem Christi & de Deo sagina-  
 ri, ut Tertullianus loquitur: Sicut e-  
 nim in baptismo caro nostra ablui-  
 tur, ut anima emaculetur, & de carnis  
 nostræ resurrectione, spem concipiatur:  
 Sic prorsus in Cœna quoque caro no-  
 stra edit & babit mysteria, ut animus  
 cogitet

cogitèt corpus quoque nostrum corruptibile beneficio corporis Christi pro nobis traditi reuiuiscere debere.

Postremò quum vita æterna sit posita in societate, communitateque cù Deo patre, filio & Spiritu sancto, nos verò qui sumus tenebræ nullam cum Deo qui lux est, communionem habere possimus: nisi per Christum fiamus lucis participes: vsu Cœnæ dominiæ hoc maximè querimus, atque testamur nos in Christo & per Christum reconciliatos Deo & factos esse cohæredes vitæ æternæ. Propterea etiam modicum panis & vini in Cœna mystica accipimus, ne cogitemus mēsam dominicā facietati ventris & vite temporariæ paratam & instructā seruite, sed exaltata mēte per fidēm consideremus nos ad magnam illā cœnam agni, hoc est, ad æternam beatitudinē usq; huius cœnæ inuitari ac in dies magis magisq; confirmari. Hæc est fides nostra de Eucharistia in qua stamus & stabim⁹ per dei gratiam, donec vel eroris conuincamur vel melius erudiamur.

H 2 Siquis

Si quis iam plura & à supra dictis  
 aliena nobis obtrudere conabitur de  
 Eucharistia credenda (sicut Pontificij  
 per transsubstantiationem pro arti-  
 culo fidei in suis decretalibus vendi-  
 tāt, & alijs corporis & sanguinis Chri-  
 sti præsentiam, nō spiritualem illam,  
 quæ fide percipiatur: Sed quæ ori cor-  
 porœ quorumlibet ad mensam Do-  
 mini accendentium conueniat, rem  
 nouam & nouum fidei articulū præ-  
 dicant) is primos symboli Apostolici  
 cōcinnatores cum sinceriore adhuc  
 Ecclesia damnabit, vel intuidiæ, vel  
 imperitiæ, quò ad rem tantam inter  
 articulos fidei referre neglexerint, aut  
 potius portentosas istas monstrosi-  
 tates tum verborum tum rerum ig-  
 norarint. Præstat ergo, ista nescire  
 hodie, quæ ignota fuerunt eruditæ  
 antiquitati, quam cum inuentoribus  
 nouorum dogmatū ingenio & sub-  
 tilitate certare.

DE  
 LIBERATIONE  
 H

DE SPE CHRISTIANORVM  
IN EUCHARISTIAE  
*mysterio corroborata.*

**A**ugustinus respondens Fausto de ablata & abrogata circumcisione & baptismo in eius locum suffecto sic scribit: Ideò iam nō circumciditur Christianus, quia id, quod eadem circumcisione prophetabatur, iam Christus adimpleuit: Expoliatio enim carnalis generationis, quæ in illo facto figurabatur, iam Christi resurrectione adimpta est, & quod in nostra resurrectione futurum est, sacramento baptismi commendatur: nam neque penitus auferri debuit nouæ vitæ sacramentum, quia restat adhuc in nobis futura resurrectio mortuorū, & in melius tamen, id est, succedēte baptismo debuit cōmutari, quia iam factum est, quod nūquam factum erat, ut futuræ vitæ æternæ in resurrectione Christi nobis præbere tur exemplum.

Et ibidem paulò pōst quum dixi.  
H. 3. sc̄t

set sacramēta veteris Testamenti esse  
promissiones rerum complendarum,  
sacramenta verò noui testamenti esse  
indicia completarū, statim subiicit:  
Quod enim adhuc promittitur Eccle-  
siae id est corpori Christi, & in manife-  
statione prædicatur, & in ipso capite  
corporis saluatore: in ipso mediatore  
Dei & hominum homine Christo Ie-  
su iam vtique completum est: Quid  
enim promittitur, nisi vita æterna, ex  
resurrectione à mortuis?

Sunt ergo sacramenta noui testa-  
menti partim completatum rerum  
indicia, partim etiam rerum adhuc  
complendarum promissiones: Cum  
enim indicant id, quod nunquam ali-  
as factū erat, in exemplo Christi capi-  
tis Ecclesiæ, iam esse completum, post  
quam resurrexit à mortuis, tum pro-  
mittunt quid restet adhuc comple-  
dum in nobis, qui membra sumus  
corporis Christi, nempe sub tempus  
iudicij extremi. Hac igitur parte bap-  
tismus & Eucharistia fulciunt non  
mediocriter spem nostram de futura  
resur-

resurrectione & beatitudine æterna.

Quanq̄ & tempori præst̄i interim  
scruiūt, & conducunt nostra sacramē-  
ta. Quid enim Christus quotidie in su-  
is fidelibus per suum spiritum effici-  
at ac operetur, Eucharistiæ vsus toties  
repetitus indicat, nempe ut indies ma-  
gis magisque Christus in nobis & nos  
in Christo viuamus: Id quod in hac  
vita tam plene nunquā consequimur  
quā ea communio, quam baptisma-  
te percepimus, identidem in vsu Eu-  
charistiæ confirmetur, & augeatur, do-  
nec nihil nostri in sit nobis, sed Christ⁹  
sit in nobis omnia. Hoc autem tū pri-  
mū perficietur, postquā corruptibile  
hoc corpus, quod nunc circūferimus,  
induerit incorruptibilitatē, & plane  
spiritui subijcietur: Achuc enim perc-  
ginamur à Christo in hoc mūdo & ci-  
uitatē manentē id est æternam, atque  
cœlestē patriā inquirimus & ex parte  
cognoscim⁹; vbi verò ad beatitudinē,  
quā modo expectam⁹, peruenierimus,  
tūc quod iam credim⁹ & speram⁹, fa-  
cie ad faciē, sicuti est, videbim⁹, ut fide-

H 4 & spe

& spe amplius non sit opus. Quod enim quis cernit, inquit Apostolus, cur idem speret? Idem etiam Eucharistiæ celebrationi finem propterea in secundo aduentu Domini constituit, quod usque ad illud tempus manuductione ista sacramentorum indigemus. Cessantibus autem & decadentibus fide & spe, charitas, quæ maxima inter ista est, auctior & certior permanebit.

Habet igitur Eucharistia respectu ad tria tempora: Principio concen-  
nit præterita in passione morteque dominica peracta, quorum monumen-  
tum debuit esse Cœna mystica, iuxta verba Christi: Hoc facite in mei me-  
moriā seu recordationē. Deinde cum fructus rei iam olim præterita  
non exiguus impræsentiarū ad com-  
municantes redeat, nō tantum consola-  
tionis atq; gaudij ex morte Christi ad nos dimanantis, sed etiam in-  
staurationis & sanctificationis per  
Christi spiritum in nobis incipiendæ  
& augendæ: Contuetur fides nostra  
in Eu-

in Eucharistia participationē & communionem, quam habemus etiam in præsenti cum corpore & sanguine Christi. Atque hoc cibi & potus visibilis sumtio insinuat, sine quibus naturalis homo corpoream hanc vitam transfigere nequit: ideoque illa per os in stomachum ingerit, ut ibi concocta & digesta facilius cum carne & sanguine hominis accipientis coalescant. Ita & nos spirituali tantummodo cum Christo coalescere oportet, ut ex fide in ipsum viuamus, omniūq; beneficiorum eius certiores atq; participes reddamur. Postremò quanta nos maneant bona post hanc vitam ex resurrectione à mortuis in æterna beatitudine, Cœna Domini vel hoc solo significat, quod nobis ad viuum & ad oculum quodammodo cœnam illam agni magnam reprezentat, ad quā qui intromittentur, beati erunt: in quorum numero & illi esse & conscripsiunt, qui ad mensam Domini accedunt.

Apoc. 19.

H 5

QVO.

QVOMODO COENA DO-  
MINI RECTE DIVINI  
erga homines amoris pignus  
dicatur?

**S**VNT qui hoc singulare amoris ar-  
gumentum esse putēt, quod Chri-  
stus suam carnem edendam & sangu-  
inem suum bibendum non fidejtan-  
tum, sed etiam ori corporeo offerat:  
& huc torquent Augustini verba ista,  
sicut mediatorem Dei & hominū ho-  
minē Christū Iesum ferunt carnē suā  
nobis manducandam, bibendumque  
sanguinem dantem fideli corde atq;  
ore suscipimus &c. Nos verò libenter  
damus, Deum voluisse in Eucharistia  
extare summi amoris erga nos sui in  
Christo exhibiti testimentiū, nempe  
eius, quod non pepercit filio suo Vni  
genito, sed tradidit illum in mortem  
pro nobis omnibus, quum adhuc ini-  
mici essemus. Maiorem quippe dile-  
ctionem hac nemo habet (testāte Dei  
filio) quam si quis animā suam po-  
nat pro amicis suis. Nunc autem pro  
impijs

impijs & inimicis suis Christus mortuus est, in quo principuè Deus suam erga nos charitatem commendauit, cùm vix pro iusto quisquam moriatur. Huius ergo tanti amoris erga nos Dei pignus rectè dicitur filius Dei vni genitus pto nobis in mortem traditus: Cuius rursum visibiles nota atq; artha Sacra menta dici possunt, quibus Deo placuit, visibiliter quodammodo nos inuisibilis suæ gratia in Christo iustitiae admonere: quod ipsum sanè singularis etiā benevolentia Dei indicium est, dimittentis se ad nostram infirmitatem, cùm mens nostra ad nudam & materię experiem tertium cœlestium contemplationem pertingere nequauerit, nisi Deus administrorum externorum manuductione vsus fuisset. Voluit igitur Deus non tantum animis sed etiam corporibus nostris ea in re esse consultum, quo simus certiores, corpora quoque nostra ex morte ad vitam aliquando redditura esse per cum qui est lignum vita,

vitæ, per quem habemus remissio-  
nem peccatorum interuentu corpo-  
ris pro nobis traditi & sanguinis pro  
nobis effusi: quorum participatione  
nobiscum communicari, in fractione  
panis Eucharistici, & libatione poculi  
dominici profitemur.

Cæterum quod fingunt nonnulli  
præter iam dicta, corpus & sanguine  
Christi in pignus diuini amoris erga  
nos ori communicantium ingeri, edi  
& bibi, si de naturali corpore & san-  
guine Christi illa accipiuntur, qui sit,  
ut hoc genus amoris nusquam in li-  
teris sacris sit expressum, cum expre-  
sse legatur, Deū sic dilexisse mūdum,  
ut traderet filium suum in mortem,  
qua nulla alia maior esse potest dile-  
ctio, teste ipsomet Christo: Quod igi-  
tur Christus semel traditus est, vel  
potius ipse tradidit corpus suum pro  
nobis, & sanguinem suum fudit in re-  
missionem peccatorum, hoc totum  
nostrum esse, testamur vsu Euchari-  
stiæ, nos videlicet vesci & frui corpore  
Christi & sanguine, nec nos tamen  
gratiam

gratiam eius istam morsibus consumere, aut ore corporeo apprehendere, sed tantum externa oris apprehensione interiore manducationem & perfruitionem representare. Ad hæc cogitetur, quanto amore fraudasset Deus sanctos patres ante Christi adventum, si nobis hodie corporaliter suum corpus edendum, sanguinemq; bibendum Christus dare credendus sit, quod illis non contigit. Testamur ergo dum vtimur pane & vino dominico Deum ex mero amore donasse nobis filium suum, qui fieret victimæ pro peccatis nostris. Ideoque gratias quantas possumus maximas Deo per Christum agimus: deinde hoc quoque nomine Dei bonitatem erga nos exhibitæ prædicamus, quod imbecillitatem fidei nostræ subleuare hoc pacto voluerit, nō solùm prædicatione Euangeli, sed etiam sacramentorum institutione. Atque inter hæc omnia agnoscimus diuini Spiritus munificentiam in verbo & sacramentis, quòd dignatur per ista in nobis esse

bis esse efficax. Et siquid amplius di-  
uini amoris concurrit in istis, quod  
Scripturæ habeat testimonium, id co-  
tum facilè admittimus: Corporalē  
verò manducationem aliam, quam  
panis visibilis in Cœna Domini, nul-  
lam pro signo aut pignore amoris er-  
ga nos Dei habemus. At spiritualem  
totius Christi perfruitionem quis no-  
nisi ingratus Deo, pro diuino repu-  
tet beneficio?

DE NOSTRO ERGO DEVM  
AMORE IN EVCHARIS  
stia excitando.

**S**i in communibus concænationi-  
bus & conuiuijs iubemur lætari in  
Domino & omnia in gloriam Dei fi-  
cere, siue edamus siue bibamus, grati-  
as agentes Deo patri per Christum:  
Quantò magis consentaneum est il-  
lud à nobis fieri in cœna Domini, in  
hoc consecrata, vt Deo laudes & gra-  
tiae dicantur pro summis beneficijs in  
Christo præstitis toti mortalium ge-  
neric?

acri? Hinc enim illa actio solennis  
 Eucharistiae nomen sortita est apud  
 Græcos, quod præcipuum opus no-  
 strum hoc loco sit grata commemora-  
 tio & celebratio nici sacrificij semel  
 in cruce oblati. Hinc factum est, ut sa-  
 crificium laudis hoc ipsum amionis-  
 genus nominetur: Talibus enim ho-  
 stijs testatur Deus in scriptura, se ma-  
 xime oblectari, si et corde contrito &  
 spiritu confracto labia nostra resonēt  
 iustitiam & misericordiā Dei in Chri-  
 sto declaratam. Nusquā verò legitur  
 Deus corporali manducatione carnis  
 filij sui, & sanguinis bibitione vel ho-  
 norari vel delectari. Rerum enim Dei  
 nō est cibus & potus, sed iustitia pax,  
 & gaudium in Spiritu sancto. Et quo-  
 niam Deus est spiritus, coli à nobis  
 vult spiritu & veritate. Cum autem  
 spiritus noster ad mediatorem Dei  
 & hominum Iesum Christum ferri de-  
 beat, in quo solo placemus Deo, in  
 hac instituta est Cœna Domini, ut  
 Christo iuncti & consociati tanto  
 liberiorem accessum ad patrem ha-  
 beamus.

beamus. Scruiunt enim Sacra menta  
cōmunioni nostræ cum Christo ob-  
signandæ & confirmandæ. Deuone-  
mus namque nos totos, & consecra-  
mus tam corpora quam animas no-  
stras Domino, qui animā posuit pro-  
ouibus suis. Hoc certè dignum & iu-  
stum est, vt quia vñus pro omnibus  
mortuus est, charitas cōstringat nos,  
vt, qui viuimus, ne post hac nobis vi-  
uamus, sed ei, qui pro nobis mortuus  
est, & surrexit. Quod si Christus sua  
morte nos redemit, sibi que manci-  
pauit, non amplius nostri sumus, sed  
quod viuimus, Christo acceptum re-  
ferre debemus, & quod reliquum est  
vitæ, ad Dei voluntatem instituere,  
hoc est, affectus carnis crucifigere,  
cruere veterem hominem, & induere  
nouum, iuxta imaginem Dei condi-  
tum per iustitiam & sanctitatem.

DE FRATERNA CHARITA  
TE INTER HOMINES MV  
tua in Eucharistia spe  
et iusta etanda.  
Dominus

Dominus noster Iesus Christus ea  
nocte, qua tradebatur, & Cœ-  
nam mysticam instituebat, cum fru-  
ctum passionis & mortis sue quam  
diligentissime discipulis inculcasset,  
& pedes corum lauisset, exemplum  
suum illis ad imitandum proposuit,  
ut quū ipse Dominus & magister no-  
ster nostra causa eō humilitatis fese  
demiserit & abiecerit, usque ad crucis  
ignominiam subeundā nos, qui serui-  
sumus, ne pīgeat vestigijs illius insi-  
stere. Adhac præceptum mutuæ inter  
nos dilectionis renouatum, quo al-  
tius infigret mētibus his verbis illud  
commendauit: præceptum nouum  
dovobis, ut diligatis vos mutuò, sicut  
dilexivi vos, ut & vos diligatis vos mu-  
tuò. Vbi miretur quispiam, quare  
mandatum charitatis fraternæ vocet  
nouum, cum Deus per Mosen & Pro-  
phetas non minus flagitarit charita-  
tem proximi. Hoc autem planè no-  
num Christus veteri charitatis man-  
dato adiecit, quod non dicit: Diligite  
proximos sicut vosmet ipsos, sed di-  
ligitē.

ligite vos in uicem sicut dilexi vos. Ibi  
 societate naturae impelli nos vult De-  
 us ad amandum proximum: Christus  
 verò sui erga nos amoris magnitudi-  
 ne nos allicit, vt eos pro quibus ipse  
 mortuus est, diligamus. Ex quo patet  
 nunquam posse recte nos recordari  
 mortem Domini, quin simul inuite-  
 mur ad fraternalm dilectionem: Hinc  
 sunt illæ exhortationes Apostolica,  
 sitis alius in aliud misericordes, gra-  
 tiam exhibentes mutuam, quemad-  
 modum & Deus per Christum exhi-  
 buit nobis. Sitis imitatores Dei tan-  
 quam filij dilecti & ambulate in dilec-  
 tione, quemadmodum & Christus  
 dilexit nos & tradidit semetipsum  
 pro nobis oblationem & uictimam  
 Deo in odorem bona fragrantia.  
 Tanti verò est charitas mutua Deo  
 nostro, vt sine hac omnem cultum si-  
 bi exhibitum reijsiat iuxta illud, Mi-  
 sericordiam volo, non sacrificium.

Porrò præterquam quod antece-  
 dente Dei misericordia, qua preueni-  
 mur, in coena Domini incitamur ad  
 mutuā dilectionem: symbola quoq;

ipsa, sua natura quodammodo insinuant nobis quandam societatem, & ut ita dicam, coagulationem. Quam obrem unus panis, unum corpus, dicimur, quotquot uno pane & eodem vini poculo participamus. Fuit autem societas mensæ semper etiam apud Ethnicos, sancta & inviolabilis habita. Totidem ergo rationibus conuiuæ mensæ Dominicæ sciant se vñsu cœnæ mysticæ ad concordiam diuinitus vocari, & quasi, præstito ibi iure iurando obligari. Nam si gentiles in percutiendis fæderibus, quibus porcos mandatos adhibebat, putauerunt suā obstringi fidē: quanto magis Christiani credere debent, sese interueniente tā preciosa victima, mutuū deuinciri ad fraternā charitatem exercendam, cuius tam insignem typū ante se habēt. Certè quādo recordamur decē millia talētorū nobis à Deo remissa, quomodo poterim⁹ vñsq; adeò esse duri & iniqui in conseruos, vix centū denarios debentes, vt hoc exigū debitum ad minimū vñsq; teruntium, solui nobis postulenius.

DE REGVLA DVPLICIS  
CHARITATIS, DE QVE IIS  
*quæ contra hanc possint obijci.*

**Q**VAM gemina charitas Dei & proximi, non modò in vita præsenti valeat, sed etiam in perpetuum duret inque futuro sæculo permansura sit auctior & certior, remotis nimis omnibus impedimentis, quæ quam diu caro concupiscit aduersus Spiri-  
tū, nos ab illa abstrahunt ac detinēt: non est mirum ab Augustino tantum duplii charitati esse tributum, ut ex hac geminum sacræ scripturæ sensum

**Libr. i. de cœstimandum iudicarit. Sic enim scri-  
doct. Chr. cap. 36.** bit: Quisquis scripturas diuinæ vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut eo intellectu non ædificet istam geminam charitatem Dei & proximi, nondum intellexit. Quisquis verò talem inde sententiam duxerit, ut huic ædificandæ charitati sit utilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille, quem legit eo loco sensisse, probabitur, non perniciose fallitur, nec omnino

omnino mentitur. Sed quisquis in scripturis aliud sentit, quam ille, qui scripsit, illis non metuētibus fallitur: Sed tamen ut dicere cōperam, si ea sententia fallitur, qua edificat charitatem, quæ finis præcepti est, ita fallitur, ac si quis errore deserens viam, eō tamen per agrum pergat, quod etiam via illa perducit: corrigendus est tamen, & quam sit vtilius viam non deserere, demonstrandum est, ne consuetudine deuiandi etiam in transuersum aut peruersum cogatur. Asserendo enim temere, quod ille non sensit, quem legit plerunque, incurrit in alia, quæ illi sententiæ contexere nequeat: quæ si vera & certa esse consentit, illud non possit verū esse quod senserat, fitque in eo, nescio quomo do, ut amando sententiam suam, scripturæ incipiat offensior esse, quam si bi: quod malum si serpere sruerit, eueretur ex eō. Per fidem enim ambulamus, non perspeciem. Titubabit autem fides, si diuinarum scripturarum vacillat authoritas. Porrò fide tiru.

I 3 bante,

bante, charitas etiam ipsa languescit.  
 Nam si à fide quisq; ceciderit, à chari-  
 tate etiam necesse est cadat. Nō enim  
 potest diligere, quod esse non credit.  
 Porrò si & credit & diligit, benè agen-  
 do & præceptis bonorum morū obtē-  
 perando, efficit ut etiam speret, se ad  
 id quod diligit esse vētum. Huic au-  
 tem periculo, quod in regulam chati-  
 tatis ab Augustino positam incidere  
 potest, veritas connexionū, de qua de-  
 inceps dicem⁹ occurrit. Hæc enim effi-  
 cit, ut ea quæ vera sunt in sentētia, aptè  
 cohærent, nec quicquam inde collig-  
 gatur quod vel absurdum sit, vel quod  
 superioribus recte attexere nequeas.  
 De hac igitur connexionum veritate  
 paulo post plura, vbi prius ad  $\tau\alpha\sigma\tau\pi$   
 quorundam aduersus hanc charitatis  
 regulam institutam, responderimus.

Aiunt nonnulli regulam hanc cha-  
 ritatis in Abrahami facto fideq; clau-  
 dicare, quando ille iussas vnicum il-  
 lū filium suum ex permissione accep-  
 tum immolare non petijt diuini &  
 singularis præcepti huius interpreta-  
 tionem

tionem ex ista regula charitatis: Sed  
 Potius contra ~~σοργήν φυσικήν~~ eruto vi-  
 delicet naturali affectu erga filium,  
 non dubitauit mandato diuino iux-  
 ta literam intellecto obtemperare  
 & hinc testimonium laudis à Deo re-  
 portauit, tantum abest ut hallucina-  
 tus sit vel errarit. Hinc illi sic conclu-  
 dūt similiter & nos debere verba Chri-  
 sti in cœna accipere, de sui corporis  
 manducatione, neque illa ad ullam  
 aliam charitatis regulam limitare. Vi-  
 deamus ergo quām probè ista inter se  
 conueniant atque dicantur. De Ab-  
 rahamo constat, quod Deum magis  
 amarit, quām filium, sicut nos omnes  
 decet, Deum aliò vocantem sequi &  
 odiisse ( si sit opus) parentes, vxorem,  
 liberos, fratres, atque adeò animam  
 nostrā, si velimus esse discipuli Chri-  
 sti, & filij DEI. Quomodo igitur  
 Abraham dici potest legem charita-  
 tis neglexisse, qui facto suo ostendit  
 quanto plus Deum quām filium di-  
 ligēret? Est quidem scelus filium oc-  
 cidere, sed scelestius est Deum non

audiſte. Cēdunt ergo legēs inferiores  
superioribus. Quāquam (teſte Auguſtino) nunquam creditit Abraham, q.  
Deus victimis delectaretur humanis:  
Diuino tamen intonante præcepto,  
ratus obediendum, non disputandū  
eſcī, quūm filiū confestim fuisset im-  
molaturus, resurrecturum, credidisse  
laudandus eſt. Non enim hæſitauit,  
quōd ſibi reddi posset immolatus,  
qui dari poterat nō ſperatus. Quem-  
admodum igitur creditit ſuceptu-  
rus filium, ita quoque creditit occi-  
furus eundē, fore nihilominus quod  
Deus prædixerat, in Isaaco vocabitur  
tibi ſemen.

Quid verò ſimile iſti factō Abrahā  
habet corporalis manducatio corpo-  
ris Christi? Utrobiq; certè extat man-  
datum, & illud quod Abrahamo  
præceptum fuit de occidendo vni-  
filio (licet in prouidentia & conſilio  
Dei in aliū finem dirigeretur, interim  
tamen hoc ad literam voluit Deus eō  
uſque intelligi & accipi, donec pia  
Abrahā obedientia doceret nos, Dco  
non

nō præponere, quod dat Deus) aliter  
non potuit tantum tēporis ab Abra-  
hamo intelligi. Nihilominus in eo  
quod Abrahamus missus est occidere  
vnicum filium, magnum latebat my-  
sterium: nec erat illa stata Dei volun-  
tas, vt Abraham commacularet ma-  
nus sanguine filij sui: propterea Deus  
Abrahamum tētare noluisse dicitur,  
ne quis hinc simpliciter inferret aliqd  
de certa voluntate Dei.

Cæterū in cœna Domini Chri-  
stus non tentat nos, nisi quatenus for-  
tasse ad edemandā labore superbiam  
& intellectum à fastidio reuocandū,  
cui facilè inuestigata plerunque vi-  
lescunt, sermonem suum ita modifi-  
cauit, vt si quid hīc paulò obscurius,  
quod reconditiorem aliquē habeat  
sensum, dictum sit locis apertioribus  
alibi planissimè dictum reperiatur,  
per se quidem euident & clarum est,  
quod iubemur à Christo in Cœna  
mystica edere panem & bibere vinū.  
Hæc nullum prorsus habent difficultatem: quomodo autem panis ille

visibilis, sit corpus Christi, & vinum,  
 sanguis? Quomodo item corpus  
 Christi edatur, & sanguis bibatur, qui  
 hæc volunt æquè ac illa priora obvia  
 esse ad intelligendum: næ illi discri-  
 men inter clarum & obscurum in ver-  
 bis Christi nullum tenent: panem cer-  
 tè visibilem aliter esse panē, ac aliter  
**corp'** Christi, nemo est tam inceptus,  
 qui inficietur. Aliter etiam edi panē  
 quām Christi corpus, quis inficiabi-  
 tur? Nos igitur inter hæc quid intersit  
 quærimus, ad versarij nec ipsi quærere  
 nec ab alijs quæri volunt & quærenti-  
 bus Abrahāmi exemplum obijciunt,  
 quasi hæc inter se paria sint, quum  
 multis modis sint imparia & dissimi-  
 lia. Quis enim dicat ita nobis præci-  
 pi, ut ore edamus carnem Christi, quē  
 admodum Abrahamo mandatum fu-  
 it immolare filium? Nos qui nega-  
 mus hanc Dei voluntatem esse, ut ca-  
 ro filij Dei à nobis ore edatur, contra-  
 rium hoc vtrique charitati esse osten-  
 dimus tam Dei quām Proximi. Hor-  
 ribilis enim est carnem humanam c-  
 dere

deic quam perimere, carnem Domini nostri. Doceant ergo nos, qui diversum sentiunt, qua parte honos aut cultus præstetur Deo in horribili illa manducatione? si dicūt obedientia sua erga Christi verbum hoc fieri: Respondemus, Deo magis obediri charitate, quam ullo exteriore cultu, quem nos tamen, id circa minime intermittendum putamus: sed nos tum demum verbo Dei debitum honorem & obedientiam præstare credimus, quum illud iuxta fidei veritatem, spei certitudinem, & morum honestatem, quæ in charitate Dei & proximi elucet, intelligimus, & interpretamur, non quum superstitione aliquid è superficie literæ arripimus & defendimus.

## LIBER

LIBER SECUNDVS  
DE VERITATE CONNEXIO-  
NUM IN RE EVCHARI-  
stica.

*Libr. 2. de  
doct. Chri-  
stia. c. 27.* **A**ugustinus præclarè scribit illa,  
quæ homines non instituendo,  
sed diuinitus instituta inuestigando  
prodiderunt, & ad vsum vitæ necessaria-  
rum proficiunt, non esse hominum  
instituta existimanda, neque fugien-  
da Christiano, imo etiam, quantum  
satis est, intuenda, memoriaque retri-  
nenda, si saltem occupent tantum, ut  
maioribus rebus, ad quas adipiscen-  
das seruire debent, non sunt impedi-  
mento.

*Libr. 2.  
cap. 31.* Quo in genere dicit disputationis  
disciplinā ad omnia genera quæstio-  
num, quæ in literis sanctis sunt pon-  
deranda & dissoluēda, plurimū va-  
lere. Quæ quamuis in scholis illis, quæ  
præter Ecclesiam sunt, discatur: Ipla-  
tamen veritas connexionum non in-  
stituta, sed animaduersa est ab homi-  
nibus & notata, ut eam possint vel di-  
scere

scere vel edocere. Nam est in rerum Libr. <sup>ea</sup> cap. 36.  
ratione perpetua & diuinitus insti-  
tuta. Id quod similibus aliquot per  
inductionē declarat. Sicut enim qui  
narrat ordinem temporum, non cum  
ipse componit, & locorum situs, aut  
naturas animalium vel lapidum, qui  
ostendit, non res ostendit ab homi-  
nibus institutas: & ille, qui demon-  
strat sydera, eorumq; motus, non à  
se vel ab homine aliquo rem institu-  
tam demonstrat: sic etiam qui di-  
cit, cùm falsum est, quod consequi-  
tur necesse est, vt falsum sit quod præ-  
cedit, verissimè dicit, neque ipse facit,  
vt ita sit, sed tamen ita esse demōstrat.  
Idem de scientia definiendi, diuiden-  
di, atque partiendi subiicit, quæ ta-  
nec si rebus falsis plerunque adhibea-  
tur, ipsa tamen falsa non est, neque  
ab hominibus instituta, vt ita se ha-  
beat, sed quod ita se habeat in rerum  
ratione comperta. Idem de præceptis  
eloquentiæ clarè affirmat, quod ni-  
hilominus ea vera sint, quamuis eis  
possint etiam falsa persuaderi: sed  
quia

quia & vera esse possunt, non est facili-  
tas ipsa culpabilis, sed ea malè vten-  
tium peruersitas. Nam neque hoc ab  
hominibus institutum est, inquit, ut  
veritatis expressio cōciliet auditorē,  
aut ut facile quod intendit, insinue-  
breuis & aperta narratio & varietas  
eius sine fastidio teneat intētos & ce-  
teræ huius modi obseruationes, qua-  
siue in falsis, siue in veris causis ver-  
sunt, tamen, in quantum vel sciri vel  
credi aliquid faciunt, aut ad expeten-  
dum fugiendūm ueanimos mouent,  
& inuentæ potius, quod ita se habeat,  
quam vt ita se haberent institutæ.

Leges itaq; conclusionum & regu-  
læ dici de omni & dici de nullo, & si-  
miles, quas Aristoteles tradidit in dif-  
quisitione veri, non sunt obid repu-  
diandæ, quia rationis ductum se-  
quuntur. Potuit enim ratio humana  
vt indagatrix veritatem illam in per-  
petuo naturæ ordine longoyſu & ex-  
perientia animaduertere, & monstra-  
re, sed non vt magistra, vel domina  
instituere. Etsi nullus unquam Ari-  
stotele.

stoteles, vel alius quispiam diale<sup>c</sup>tica  
 rum & Rhetoricarū præceptionum  
 autor extitisset: nihilominus vel ante  
 omnes homines veritas connexionū  
 in perpetua ratione rerū cōstanter &  
 in commutabiliter se habuisset. Qua-  
 re nō est quod Aristotelem vel ratio-  
 nem humanam culpēt nonnulli, quo-  
 ties vera connexione veram sententi-  
 am inferimus, vel è falso consequenti  
 antecedens falsum refellimus. Expo-  
 stulent, si libet, cū supremo opifice &  
 gubernatore rerum omnium qui ne-  
 cessitatem consequentiæ in conne-  
 xionum veritate tanquam singulare  
 donum sui spiritus & sapientiæ & lu-  
 cis diuinæ radium menti nostræ im-  
 pressit, quo facilius ab errore expediri  
 & custodiri possimus. Gratias igitur  
 illi potius pro tanto beneficio aga-  
 mus & quo melius atq; certius senten-  
 tiarum veritatem assequamur, eo vta-  
 mur, non tanquam acquiescentes,  
 quasi, ipsam bcatæ vitæ veritatem di-  
 dicisse & tenere videamur, vbi ista di-  
 cicerimus: sed quatenus sententia-  
 rum

rum veritati seruiunt, eatus illa ap-  
probemus & sequamur.

Hanc veritatem connexionum cū  
vanitati transsubstantiationis, & cō-  
substantiationis opponimus, mera  
cogimur audire conuitia per petu-  
lantiam ingenij verbis sesquipedali-  
bus ciaculata. Interim aduersarij pul-  
chrè blādiuntur sibi, quod nihil mo-  
rati vllas absurditates simpliciter cre-  
dant dicenti Domino: Hoc est corpus  
meum. Quasi verò Christus ista di-  
cendo ab ullo mortalium postularit,  
vt absurditatibus ipsum colamus, aut  
delectari credamus absurditatibus.

Quid quod insultant etiam aper-  
tissimæ cōstantissimæq; veritati, cūm  
non verentur anticipare, si vel maxi-  
mè nequeant obiecta argumenta o-  
mnia dissoluere aut confutare, se ni-  
hilominus sua in sententia perseue-  
rare velle. Quid hoc enim est aliud,  
quam ex mera pertinacia veritati, cō-  
niictum etiam cedere nolle. An verò  
ipsa veritas inops adeò virium est, vt  
per se non valeat quælibet contraria  
refcl.

refellere? Quis vñquam vel Prophe-  
tarum, vel Apostolorum, vel Ecclesi-  
asticorum scriptorum sic conatus est  
contradicentibus os obstruere? Ista  
ratione cuius quantumlibet redar-  
guto, liceat tergiuersari. Certissimum  
ergo inuictæ veritatis indicium est  
quod aduersarij ipsimet fatentur, se  
ad quis obiecta respōdere non posse.

Nota est historia de sene quodam  
confessore, qui tempore concilij Ni-  
ceni philosophū obtrectantē simplici-  
tati Christianæ doctrinæ, sola verita-  
te fretus manus date coegit. Adeò  
nulla sophistica tam lubrica & ver-  
suta est, quam euidens & plana sen-  
tentia veritas non retundat.

Dummodo igitur à connexionum  
veritate absit error, quo, qui istam di-  
cicerunt, sic se iactant quasi aliquid  
magni, quo se bonis & innocentibus  
anteponant, sint assequuti: Cauca-  
turq; libido rixandi, & puerilis quæ-  
dam ostentatio decipiendi aduersa-  
rium: nihil nos moueant aut deterre-  
ant innumerabiles & horrendæ calū-

K niae,

nix, quibus rationem humānam infamant, quando argumentorum multitudine & pondere premuntur, ut necesse sit illis isto pacto subterfugere & elabi, nisi malint  $\delta\omega\lambda\epsilon\chi\tilde{\alpha}\beta\gamma$  aut sibi ipsi contradicere.

## DE DUPLO CONNEXIONE NUM VERITATE.

**V**eritas connexionum partim veras, partim falsas habet sententias. Primum genus est ciusmodi, ut veris certisque sententijs cum incertis vera connexione iunguntur, etiam ipse certae fiat, necesse sit. Exempli gratia, Dominus noster Iesus Christus redarguturus Saducaeos resurrectionem mortuorum negantes, sic argutabatur: Deus nominat se Deum Abrahami, Isaaci & Iacobi, Deus non est mortuorum sed viuentium Deus. Ergo Abraham, Isaac & Jacob viuunt. Hoc loco & ipsa connexio vera est, & ipsa in conclusione sententia Alterum genus veræ Connexionis veræ.

versatur in falsis sententijs, quæ con-  
 sequuntur errorem illius cum quo a-  
 gitur; quæ tamen ad hoc inferuntur à  
 bono & docto homine, vt his erube-  
 scens ille, cuius errorem consequun-  
 tur, quem corrigere volumus, cundē  
 relinquit errorē, & pānitēat hunc  
 concessissē p̄æcedentia quorum con-  
 sequentia videt esse respuenda: Quo-  
 niā si in eodem errore manere vo-  
 luerit, necesse sit, vt etiam illa quæ  
 dannat, tenere cogatur. Non enim  
 vera inferebat Apostolus, cum dice-  
 tet: neq; Christus resurrexit, & illa a-  
 lia: Inanis est p̄ædicatio nostra, Ināis  
 est & fides vestra, & deinceps alia quæ  
 omnino falsa sunt: Quia & Christus  
 resurrexit, nec erat inanis p̄ædicatio  
 eorum qui hoc annuntiabant, nec fi-  
 des eorum, qui hoc credebāt: Sed ista  
 falsa verissimè conc̄ebātur illi sentē-  
 tiæ, qua dicebatur, nō esse resurrectio-  
 nē mortuorū. Iстis autē falsis repudia-  
 тis, quoniā vera crāt, si mortui non re-  
 surgūt, cōsequēs erit resurrectio mor-  
 tuorum. Quū igitur Paulus destruere

vellet errorem eorum, qui dicebant  
nō esse resurrectionem mortuorum:  
Et hanc sententiam præcedentem se-  
queretur necessario, quod nec Chri-  
stus resurrexisse credendus vel dicen-  
dus esset. Quod consequens falsum  
est ( Christus enim resurrexit ) Inde ef-  
ficitur falsum etiam esse quod præce-  
dit, scilicet non esse resurrectionem  
mortuorum, rectè concludit, resur-  
rectionem esse mortuorum. Hoc au-  
tem totum breuiter ita dicitur, si non  
est resurrectio mortuorum, neq; Chri-  
stus resurrexit: Christus autem resur-  
rexit: est igitur resurrectio mortuo-  
rum. Hoc ergo ut consequēti ablato,  
auferatur etiam necessario quod pre-  
cedit, hoc est, ut cùm falsum est quod  
cōsequitur, necessario falsū sit, quod  
præcedit. Hoc autem, inquit, Augusti-  
nus, non instituerunt homines neq;  
ipsi faciunt, ut ita sit, sed tamen ita ei-  
scē demonstrarunt.

Porrò sicut in falsis sententijs ver-  
connexiones esse possunt, vt modo  
ostensum est: sic in veris sententijs fal-  
sa con-

sæ conclusiones fieri possunt. Amici  
 Hiobi ratiocinabantur, Neminē à iu-  
 stissimo Deo affligi innocētē: Hiobū  
 autem videbant vehementer à Deo  
 afflictum: Colligunt ergo inde: Hio-  
 bum præcæteris mortalibus nocentē  
 esse, & afflictionem tantam mereri. E-  
 iusdem farinæ fuit hoc argumentum.  
 Malè parta, malè dilabuntur. Opes  
 Hiobi malè dissipatæ sunt. Ergo malè  
 fuerunt acquisitæ. Hic vtraq; præmis-  
 sarum per se verissima est, quia verò in  
 epta est connexio, falsa etiam infertur  
 conclusio. Hiobus enim suas diuitias  
 nulla fraude aut iniuria proximi cor-  
 raserat, & tamen illis fuit spoliatus.  
 Talia multa amici Hiobi vera profe-  
 runt, quæ tamen in hominem mise-  
 rum & à Deo afflictum non compe-  
 tunt. Huiusmodi sunt hodie pleraq;  
 quæ in Eucharistica contentione ad-  
 versus spiritualem verborum Christi  
 sensum à literæ propugnatoribus  
 in medium afferuntur, quem  
 admodum in sequen-  
 tibus videbitur

DE VERIS CONNEXIO-  
NIBVS VERARVM SEN-  
tentiarum in negotio Cœne  
Dominice.

Connexionis veritas in veris sen-  
tentijs aut affirmatiuè conclu-  
dit, aut negatiuè. Affirmatiuarum  
conclusionum maior est dignitas,  
propterea priore loco de ijs dicemus.  
Habitæ autem sunt semper firmissime  
ex argumentationes, quæ à genere, à  
proprio, à definitione, à partibus, à  
causis & effectis ducuntur. Quod e-  
nīm vniuerso generi conuenit, idem  
singulis speciebus conuenire necessā  
est. Vniuerso generi sacramentorum  
conuenit, vt sint rerum sacrarum si-  
gna. Ergo & Eucharistiæ conueniat o-  
portet, vt sit sacræ rej signum. Adhēc  
cum Eucharistia duabus rebus con-  
stet, terrenis & cœlestibus signis, & re-  
bus significatis. Et signa dicantur res  
quæ præter speciem, quam īgerunt  
sensibus, faciunt ex se aliquid aliud  
in cogitationem venire: Consequens  
est rcs terrenas id est visibilia elemēta  
panis

Panis & vini in Eucharistia, propriè dī  
 ci signa; res verò cœlestes id est corp.  
 & sanguinem Domini, haud quaquam  
 recte dici signa, quoniam nullam specie  
 sensibus ingerūt. Porro hæc est signo-  
 rum proprietas, ut ex se aliquid aliud  
 faciant in cogitationem venire: panis  
 & vinum in Cœna signa sunt, propriū  
 ergo istorum signorū est, quod facere  
 debet aliquid aliud in cogitationem  
 venire. Quidnam verò illud sit, verba  
 Christi ostendūt, dicentis de pane, Hoc  
 est corpus meum: de vino, Hic est san-  
 guis meus. Quasi diceret, panis ut cer-  
 tissimū signū mei corporis, debet effi-  
 cere ut corpus meū pro vobis traditū  
 veniat vobis in mentē: quæ interpre-  
 tatio quām nō sit coacta inde liquet,  
 quod Domin⁹ statim subiicit: Hoc fa-  
 cite in mei memoriā. Cōtra verò, aliq.  
 nū est à proprietate omniū sacramē-  
 torū & signorū, ut rēs significatas vel  
 sibi cohērētes habeāt vel eas inscīpsis  
 cōtineant aliter quām significatione,  
 vel exteriori homini eas offerāt, vel in  
 os hominis corporeū ingerāt. Falsum

est ergo, quod in Eucharistia fingunt  
 nonnulli corpus & sanguinem Chri-  
 sti, realiter in os sumentium ingeri. Si  
 corpus & sanguis Christi res significa-  
 tæ sunt in Cœna Domini, quod nega-  
 ri non potest, debent intuitu & vsu ex-  
 teriorum & visibilium signorum in  
 cogitationem, memoriam & mentem  
 venire, non in os corporis aut ventri-  
 culum: alioqui alterutrum sequi ne-  
 cessere foret, vt aut Eucharistia sacra-  
 tum & signum non esset, aut signo-  
 rum ea non esset proprietas, vt præter  
 speciem quam ingerunt sensibus, ali-  
 quid aliud ex se facerent in cogitatio-  
 nem venire. Ceterum quibus illud al-  
 terū, hoc est, res significata in mētem  
 nō venit inter usurpādum sacramētū,  
 quomodo hi dici possunt corp⁹ & san-  
 guinē Christi sumere, cum instrumē-  
 to ad illorum perceptionem requi-  
 sito destituantur? Talibus igitur pa-  
 nis & vinum signa & sacramenta non  
 sunt, licet institutione Christi sint,  
 quandoquidem illis hoc non signifi-  
 cāt, nec in cogitationem venire faci-  
 unt,

unt, quod debent. Augustinus in genere de sacramentis scribit: Si sacramēta similitudinem quādam earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent: omnino sacramenta non essent. Panis igitur terrenus, cum expressam gerat imaginem panis cœlestis, quia confortat cor, & vinū terrenum potum cœlestem referat, quia cor hominis exhilarat: perspicuum est panem & vinum recte dici & esse signa in Cœna Dominica, quod S. patres disertis verbis fatentur, nec opus est illis recensendis hoc loco diutiū immorari. Hoc tātum perpendāt omnes æqui iudices, cūm sit certum, panem & vinum esse signa, corpus verò & sanguinem Christi res in Cœna mystica significatas: neque de hoc quisquam dubitet, corporis Christi nōmē Pani attribui, & sanguinis Christi nōmen tribui vino: hinc iudicetur, inquam, quo iure nonnulli verbis negant, quod ipsa rei veritate confiteri coguntur. Ferre enim nequeūt, quod nos dicimus, in Cœna mystica signa

earū rerum, quas significant nominis  
 bus nuncupari, idq; ex illa similitudi-  
 ne quam signa & res significatæ inter-  
 se habēt: quod perinde est ac si die-  
 mus tropicè, figuratè, metaphoricè,  
 allegoricè, aut quocunque alio mo-  
 do. Potest enim vna res diuersis mo-  
 dis atque respectibus significare. Hoc  
 magis mirandi sunt insulti homines,  
 qui ex hac troporum diuersitate re-  
 pugnantiam aliquam elicere ex do-  
 ctrina nostra contendunt. Quin po-  
 tius quām malè sibi ipsi constent cogi-  
 tare debebāt, dum non sinunt vocem  
 pronominis demonstratiui in solen-  
 nibus verbis Christi de pane & vino  
 solummodo intelliġi, sed his corpus  
 & sanguinem Christi inuoluunt, nul-  
 lam aliam ob causam, nisi quod pu-  
 det eos concedere, rem in sacra scri-  
 ptura uisitatissimam & testimonio S.  
 patrum comprobata m, signa videlicet  
 rerum significatarum nomina for-  
 tiri. Sed quām absurdum sit, illud  
 mox videbimus.

At  
magis mirandi sunt insulti homines,  
qui ex hac troporum diuersitate re-  
pugnantiam aliquam elicere ex do-  
ctrina nostra contendunt.

At verò nonnulli aduersariorum  
suæ opinioni magis indulgētes quàm  
cedentes veritati, paulatim incipiunt  
sacramenti definitionem & partitio-  
nem iam olim publico consensu re-  
ceptam conuellere, ideoque peculia-  
rem sibi definitionem & partitionem  
fabricāt. In quo certè trāssubstātiatio-  
nis patroni longè se modestiores ex-  
hibuerunt hactenus, quàm qui repu-  
diata per uulgatissima definitione &  
partitione, noua commenta sua no-  
bis obtruderent, quum tamen illos  
æquè recepta definitio, signi & sacra-  
menti premat. Cæterum veritas ipsa  
terum altius naturæ impressa non ita  
facilè dilutis aduersariorum defini-  
tionibus & partitionibus poterit e-  
lui, quin ipsis frustra repugnantibus  
salua & in columnis perduratura sit.  
Produnt autem illi magis suam ini-  
quitatem, quòd immeritò culpant  
definitionē suis opinionibus repug-  
nārem, hoc maximè obijcītes, quod  
Verbi diuini, cuius accessione ex ele-  
mento corporeum spiritu mūta-  
menta

mento sit sacramentum, nulla in definitione sacramenti sit facta mentio.  
 Quasi verò qui audit sacramētum esse inuisibilis gratiæ visibile signum, ex vocabulo gratiæ ut rei sacræ, non continuò sua sponte intelligat diuinam gratiam, quam nemo præter solum Deum nobis obsignare potest. Sed omissa definitione recepta, age teneamus & sequamur eam, quam ponit Augustana confessio articulo decimo tertio, vbi sacramenta definiūtur testimonia & sigilla diuinæ erga nos gratiæ & benevolentiæ, appensa verbo ad euidentiorem diuinarum promissionum corroborationem. Quia definitione stante, idem quod ex proprie efficitur, nempe, ut panis & vinum, tanquam visibilia signa, sensibus nostris testentur de Christi corpore & sanguine & inuisibili gratia & remissione peccatorum per ea nobis comparata. Si ergo sunt testimonia, non poterunt propriè & substantialiter illud ipsum esse cui testando reperta & à Christo instituta sunt. Nec obstat quod

quod in epistola Iohannis, sanguis  
 inter testes terrenos numeratur, quia  
 aquæ vox ibidem posita probat utrū-  
 que eodem modo vel de externis si-  
 gnis, vel de rebus internis & significa-  
 tis accipiendum esse. Si ergo visibilis  
 aqua baptismi testatur de Christo:  
 cur minus vinum Eucharisticū, quod  
 expressè sanguis Christi appellatur,  
 de eodem Christo testatur? Redeam⁹  
 autem eò, vnde nostra digressa est ora-  
 tio, hoc est, ad veritatem connexio-  
 num in veris sententijs: Sacmenta  
 omnia esse de ordine relatiuorum, in  
 confessō est: Oportet ergo Eucharisti-  
 am in eodem ordine collocari. Ha-  
 bēt autem omnia relativa suum fun-  
 damentum in eo à quo oritur relatio:  
 habent item suum terminum in quo-  
 dam alio, ad quod fit relatio: Ita in  
 Eucharistia panis & vinum sunt fun-  
 damentum, corpus & sanguis Christi  
 sunt terminus. Panis enim respicit ac  
 refert ex instituto Christi, corpus pro  
 nobis traditum: Vinum respicit & re-  
 fert Christi sanguinem pro nobis cf-  
 fusum.

fusum. Relatio inter illa ipsa est fundamenti ad terminum applicatio,  
quæ tunc fit, cum panis & vinum in  
Cœna sumpta, suggestur fidei, spiri-  
tui & menti nostræ corporis & sangu-  
nis Christi communicationem & per  
fruitionem. Hoc enim ipsum panis &  
vini sumptio præ se fert. Ex hoc patet  
si corporis & sanguinis Christi in  
Cœna sumptio substantialis sit, æquè  
ac panis & vini: tunc necessariò peri-  
re vel cessare relationem, quæ inter il-  
la retineri debuit: Itaque sacramenti  
veritas per substancialem corporis &  
sanguinis Christi præsentiam omni-  
no tollitur & euertitur, Hoc verò si  
non est committendum, cessent con-  
uictæ illæ realitates, substantialitates,  
præsentialitates, quam his semel in-  
trodactis, infinita alia tum rerum  
tum verborum portenta inde pro-  
ducantur: quorum nunc ali-  
qua commemorabimus.

Quis enim omnia  
enumeret?

DE CON-

DE CONNEXIONVM VĒRITATE IN CONTRARIIS  
Opinonibus de Eucharistia ad absurdum  
ducentibus.

**Q**uod verum Christi corpus, non nisi vnum sit numero, semel natum semel mortuum, nec amplius generetur aut corruptatur: hæc in qua omnia & sententia & consecutione sunt verissima: At si singuli panes Eucharistici propriè & substantialiter essent aut dicerentur corpus Christi: Sane quot essent panes, totidem existerent corpora. Et quia ijdem panes ante consecrationem non dicuntur nec sunt Christi corpus, sed à consecratione primum fiunt (modo aduersarijs fides adhibeatur) sicut hic natus quidam ortus fingitur, ita difficulter ab interitu vindicetur Christi corpus, si omnino substantialiter per os hominis sumentis panem Eucharisticum ingrediatur. Ita nullus erit finis generationum & corruptionū in Christi corpore atque sanguine ubi semel

semel locus realitatibus & substātia-  
 litatibus datus fuerit. Quotiescunq;  
 enim pervniuersum orbem Christia-  
 num vsque ad mundi finem, Cœna  
 Domini celebrata fuerit: Ibi necesse  
 erit, totidem existere Christi corpo-  
 ra, pro locorum atque panum diuer-  
 sitate, idque eodem temporis momē-  
 to: Ita simul vnum idemque corpus  
 Christi erit in cœlesti gloria, & in pæ-  
 ne consecrato, & in ore sumentium  
 panem Eucharisticum & vbi non?  
 Quòd si citra multiplicationem id-  
 fieri dicunt, quo iure se ab immensi-  
 tate corporis Christi tuebūtur? Ergo,  
 vt corpus Christi cæteris suis acciden-  
 tibus & proprietatibus spoliare co-  
 guntur, quòd suam opinionem semel  
 arreptam stabiliant: sic quoque illud  
 ipsum omni quantitate excludant o-  
 portet, vt eodem tempore simul di-  
 uersis in locis sine magnitudine &  
 multitudine esse possit. Nam si Chri-  
 sti corpus substantialiter tam certò  
 adest in Cœna, & ore corporeo tam  
 certò sumitur, quam panis visibilis:  
adcrit

aderit prorsus, absque illis saltem ad-  
 cidentibus, quæ in sensu exteriorē  
 hominis incurunt. Alioqui nonne  
 videretur & palparetur, sicut à resur-  
 rectione suum corpus & videndum &  
 correctandum exhibuit, cum dice-  
 tet, videte, manus meas, & pedes me-  
 os palpate, & videte, quia spiritus ossa  
 & carnem non habet, sicut me videtis  
 habere? Valēt quidem diuina poten-  
 tia (ut cūm Augustino loquamur) de  
 ista visibili & tractabili natura corpo-  
 rum, quibusdam manentibus, aufer-  
 re quas voluerit qualitates: ac per hoc  
 valēt etiam membra mortalijs, formæ  
 lineamentis manentibus, corruptio-  
 ne verò mortalitatis emortua, stabili  
 vigore firmare, ut absit labes, absit effi-  
 gies, absit motio, absit fugatio &c. Fi-  
 nitā verò corporis & sanguinis Chri-  
 sti substantiam per omnipotentiam  
 Dei simul diuersis in locis ponere seu  
 potius fingere citra pluralitatem, q̄s  
 ostēdet sanæ fidei esse cōsentaneum?  
 Nam si plurcs homines diuersis in lo-  
 cis cōdem tempore sumant panem

L Euchas

Epistola  
146.

Eucharisticum, & singuli dicantur corpus Christi ore sumere: an non quot erunt ora, totidem erunt corpora? Quia singuli per se accipient integrum corporis & sanguinis Christi substantiam. Certè ne cogitari quidem potest, quomodo corporis finiti substantia, quod vnum sit numero, diuersis in locis aut hominibus esse queat corporaliter, quin diffundatur aut multiplicetur. Et hæc quidem & similia incidunt in res ipsas absurdas, si standum sit opinione aduersariorum. Inspiciamus nunc etiam verborum absurditates, quæ ex uno inconuenienti dogmate sequuntur.

Aristoteles agens de vniuoca con-nexorum prædicatione, hunc ponit canonem vniuersalem & nunquam fallentem. Quæcumque de prædicato dicuntur, eadem & de resubiecta dici poterunt. Item quando alterum alteri in ratione tribuitur, tum quæcumq; de prædicato dicuntur, eadem de subiecto dicuntur, nempe in vniuocis, & naturali prædicatione, quæ fit

sit  $\pi\alpha\gamma$  &  $\phi\iota\sigma\tau\mu$ . De vero Christi corpore  
 rectè dicitur, quod sit pro nobis tra-  
 ditum. Ergo si panis vniuocè &  $\pi\alpha\gamma$  &  
 $\phi\iota\sigma\tau\mu$  seu propriè & simpliciter est  
 Christi corpus necessariò sequetur,  
 panem pro nobis esse traditum. Aut  
 si hoc non concedatur, vt sanè nō est  
 concedendum, prædicatio in verbis  
 Christi, Hoce est corpus meum, nō erit  
 propria & naturalis, sed **figurata**. Ergo  
 si nullum aliud est verum Christi cor-  
 pus, quām quod pro nobis est tradi-  
 tum: & panis Eucharisticus verum  
 Christi corpus est: necessariò dicitur,  
 panis pro nobis esse traditus, aut si  
 hoc non sit verum, nec illud sit. Item  
 ea verè dicitur orationis proprietas,  
 cū vocabula ijs rebus tribuūtur, quib⁹  
 significandis primū sunt imposita. At  
 Christi corpus verū & naturale, prima  
 sua impositiōe, nō est destinatū pani,  
 alienæ rei. Quare cùm panis Christi  
 corpus dicitur, sit hoc haudquaquam  
 propriè. Superest igitur, vt dicatur fi-  
 guratè: qā nihil est in oratione inter  
 ista tertiū, nisi fortè sit æquocū & so-  
 phisticū.

DE FALSIIS CONNEXIO-  
NIEBUS IN SENTENTIA

*alioqui ueris.*

DE Arcopagitarum apud Athenienses iudicio literis proditum est, quod nemini licuerit illic causam dicturo, exordijs, perorationibus, excutsibus, commorationibus, alijsque orationis pigmentis uti: quibus nimurum & sophistae & oratores, nunc bonitate causae agendae paruni fidentes, gratiam iudicium venari, nunciudicum rectum declinantes, aduersarios in odium adducere, & prout ipsi commodum videbatur, affectus hominem in quamcunque vellent partem concitare, trahere & rapere quodammodo solebant: que verò ad simmam rei plenamque causae cognitio, nem requirebantur & sufficere poterant, ut propositio, eiusdem confirmatio & contrariorum argumentorum confutatio: de his inquam, capitibus permittebatur ut in Areopago verba facturi citra ambages dicerent, quod facilius,

facilius, citius atque certius iudicio  
 inter partes decideretur. Quum au-  
 tem hodie in controuersia Eucharisti-  
 ca, multis solenne sit, non pro ea quā  
 præ se ferunt simplicitate agere, sed in  
 latissimū cōmūnū locorū campū  
 excurrere & expatiari, vt iudicia ho-  
 minum aliò à re præsenti abripiant  
 (dum enim ita magnificè proferunt,  
 quæ in genere vera sunt: quis nō cre-  
 dat ea omnino oppositè ad rem dici?  
 Et quis cogitet viros tanta eruditio-  
 ne zeloque præditos, in re tamardua  
 extra oleas ferri posse.) Commonē-  
 faciendus mihi ingenuus lector hoc  
 loco visus est, vt haud leuiter specio-  
 sis lēmmatis assensum præbcat, antea-  
 quam quæ ad probandum assumta  
 sunt, inesse in re proposita deprehē-  
 derit. Multa enim dicuntur, quæ pri-  
 ma fronte videntur veritati esse vel  
 consentanea, vel dissentanea, prout  
 illa homines facundi vel exornando  
 vel extenuādo aliter, quām reuera se  
 habent, venditare norunt: quæ tamē  
 si proprius inspiciantur & excutian-  
 tur,

cur, à re proposita aliena sunt.

Huc pertinent magnificæ illæ latudes verbi diuini, & obedientiæ fideliq[ue]bus conantur nōnulli reverentiani aut terriculamēta hominum animis iniucere. Quis verò nescit aut negat hodie, nihil certius, nihil firmius, & in quo quis minus falli possit, inueniri, quām Dei verbū? Sanè: si sit recte intellectum & applicatū. Satan enim ipse transfiguratus in angelū lucis, sumpta persona ministri veritatis, sub prætextu verbi Dei, multis se penumero impo-  
suit: quin etiā Dominū ipsum p[re]claro scripturæ testimonio, sed truncato & depravato aggressus est. Verūm Christus licet verbū Dei significaret: minimè tamē passus est verū ac splendidū testimoniu[m] sibi à Satana perhiberi, ne videlicet dum se amicum verbi astutè simulat, occultè quasi per cuniculos penetrādos plus noceat. Quid aliud olim Pseudopphetē titulotenus verbum Dei iactantes, suisq[ue] somnijs & mēdacijs p[re]texētes. Quid tot examina hereticorū scripturæ testimonij ad stabili-

stabilienda sua dogmata turpissimè  
 abutentiū ostendūt, nisi q̄ nō cuius  
 spiritui verbo Dei gloriā sit creden-  
 dū? Nō tamē idcirco auctoritas verbi  
 Dei imminuitur, etiā si nō statim cui-  
 uis eius interpretationi fides adhibea-  
 tur. Prædixit sanè Christus sic futurū  
 in hac vltima ætate mundi, vt abūdet  
 iniquitas, refrigerescat charitas, deficiat  
 fides multorū in terra, & hodierna di-  
 es hoc ipsum cōprobat. Si q̄s aut̄ istud  
 Christi vaticinium in eos hodie tor-  
 queat, q̄ transsubstantiationē papisti-  
 cā repudiant, & hos infidelitatis accu-  
 set, & fulmine verbi diuini terreat: di-  
 cēsne istius q̄rimoniam iustā esse? Sed  
 aiunt, hoc ad Dei gloriā & verbi diu-  
 ni dignitatē pertinere, si fides illi sim-  
 pliciter tribuatur, vt maximè germa-  
 nū eius sensum homines nō assequan-  
 tur. Quantò rectius & grauius Augu-  
 stinus scribens ad Hieronymū de au-  
 toritate castę veritatis in libris sanct.  
 detestatur huius insaniā, cui officiosa  
 mēdacia de laudibus Dci esse vidētur,  
 clamans nō minore aut fortasse etiā

maiore scelere in Deo laudari falsitatem, quam vituperari veritatem. Admissio enim semel, inquit, in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quae non (ut curque videbitur vel ad mores difficultis, vel ad fidem incredibilis) eadem perniciofissima regula ad mentientis auctoris consiliū officium referatur.

Quid verò plausibilius, ad evitanda tot absurdia, & tegenda mendacia in Encharistica causa adducitur, quam Dei verbum? Vnde coniectur eos magis afficere ignominia Dei verbū, quam honorare, quorum anima plena phantasmatibus eiusmodi quippiam sibi singit, & præsumit de Dei verbo, quod non nisi innumeris absurditatibus admissis stare queat? Scotus certè agnouit phantasmū promissore inconueniente habere substantiam panis negando, quam haberet de omnibus articulis, quos habemus de incarnatione. Addit etiam mi-

rum

sum esse, quod nobis in hoc articulo  
 loquitur non est principalis articulus fidei, debet talis intellectus asseri, propter quem fides pateat contemptui omnium sequentium rationum. Non nec consubstantiatione idem vere dicitur? Sed obiciunt ex Chrysostomo: In omnibus Deo parendum, nec contradicendum esse, licet cogitationibus nostris aduersari videatur, quod Deus pronunciat: sed sit & cogitationibus & visu dignior ipsius sermo: sic & in mysterijs agamus, nec solam pre oculis posita respiciamus, sed ipsius verba contineamus. Ipsius enim sermo infallibilis, sensus autem noster sed facilius: Ille nunquam decipit: hic autem ut plurimum errat. Dici non potest, quantum hoc loco aduersarij triumphent: at res adhuc bene habet, Verbis enim modo recitatis Chrysostomus mox subiicit. Quoniam igitur Verbum dicit: Hoc est corpus meum, & pareamus & credamus, & intellectibus ipsum oculis intueamur. Nihil enim sensibile nobis Christus

L 5 tradidit,

tradidit, sed res quidem sensibiles, o-  
mnes autem intelligiles. Itidem & in  
Baptismate per rem, nempe sensibile  
aquam, donum confertur: intelligi-  
bile verò, quod perficitur est regene-  
ratio & renouatio, &c. Quid magis  
pro nobis facit, qui dicto Christi au-  
dientes neq; cogitationibus, neque  
oculis nostris æstimamus præ oculis  
posita, sed intellectualibus oculis,  
quod dicitur, intuemur? Siquidē res  
quidem externæ sensibiles in Cœna  
Domini traduntur, panis scilicet &  
vinum: omnes autē intelligibiles, ut  
per panem visibilem, panis cœlestis,  
per vinum visibile, potus cœlestis in-  
telligatur. Si ratio humana & intelle-  
ctus & oculi mentis in diuinis myste-  
rijs planè excludi debent: quomodo  
obtēperabimus Domino, quod Chri-  
stostomus rectius à nobis peragi posse  
nō existimat, quā si res in cœna sensibi-  
les oculis intellectualib<sup>z</sup> intueamur?  
Quorsum igitur dicat aliquis, op-  
ponit Chrysostomus nostris cogita-  
tionibus & oculis Christi sermonem,

fini-

si nihilominus intellectui nostro est indulgendum? Certè, ut nullus noster exterior sensus ea p̄cipere potest, quæ potissimum in coena Domini q̄renda sunt; ita quoq; nulla hominis cogitatio eadē assequitur, nisi prius verbo Dei de mysterio informata. Quis enim sua sponte cogitet, Christi corpus sibi dari in cibū, nisi eius antea fuerit admonitus & certior factus? Magis admirandi sunt nonnulli putantes spiritualem coenæ mysticæ intelligentiam rationi humanæ obuiam esse, aut etiā ex ea profluere. Quod autem Christi verba faciunt, ut ad intuitum visibilem elementorum, utentibus Eucharistia, corpus & sanguis Christi in cogitationem veniant, hoc nō amplius cogitationi subiectæ in obedientiam fidei aduersatur: neq; sic vt̄tes myste-rijs, dici debet proprijs indulgere aut obseq cogitationibus: sed potius vo- cati Christo parere: Cuiusmodi cogita-tio req̄sita à Domino in vsu coenæ, ppter ea nō est in odiū aut suspicionē adducenda, quoniā transsubstancialē & id gen⁹ alia hominū cōmēta

abominatur: quia certò scit, Christi  
 ista non approbare. Si verò vsq; adeò  
 sensuum & rationis iudicio renun-  
 tiandum putant, quum dicunt, Cor-  
 pus Christi sub figura panis delitesce-  
 re: cur non potius contendunt, cor-  
 pus Christi non latere, sed extare &  
 apparere? Nequeverentur hoc Ioco  
 sensuum iudicium repudiare? Om-  
 nino enim negant, in iis rebus quic-  
 quam sensibus tribuendum esse. Cur  
 non ergo fortiter clamant, corpus  
 Christi videri, tangi, gustari, etiam si  
 sensus id negent? Sed non sentiunt,  
 postquam semel omni potestate ex  
 communi sensu & ratione perpetua  
 rerum de Eucharistia iudicandi abdi-  
 carunt sese, in eas angustias sese con-  
 nici, vnde nec facile queat se expedire,  
 nec diuersa sentientibus occurre.  
 Nam si refellēdi sint, qui panis & vini  
 substantias abire, & corporis ac san-  
 guini Christi credere affirmāt, nec li-  
 cebit ad sensum communem, ad na-  
 turam, rationē, analogiam sacramen-  
 torū configere aut pronocare. (Sem-  
 atio nō uniuersaliter, ut in aliis. per

per enim in promptu erit communis  
 tergiuersatio de omittendo sensuum  
 rationisque iudicio) ac quæ tandem  
 non patebit quibuslibet erroribus fe-  
 nestra, si illud valere debeat? Iucundū  
 illi interim Satanæ exhibent specta-  
 culum, dum qui de litera Cœnæ Do-  
 minicæ gloriantur, mutuum sese iu-  
 gulant, & conficiunt. Eorundem cer-  
 tè argumentorum, quibus ille se in-  
 uicem stringunt, copijs aduersus v-  
 troisque depugnandi manet nobis in-  
 tegra occasio, qui loco liberiores  
 & solutiōres sumus, quod quibus al-  
 teri transsubstantiationem, alteri cō-  
 substantiationem oppugnant, ijsdem  
 ad utramlibet reiiciendam ut possi-  
 mus. An non transsubstantiatores  
 & quæ ac consubstantiatores auctori-  
 tam verborum Christi obtendunt?  
 Quoniam verè certum atq; adeò ne-  
 cessarium est, sensum literalem isto-  
 rum verborum non nisi istiusmodi  
 esse posse, consequitur inde, utrumq;  
 præsentia corporis Christi modum,  
 pariter verum esse non posse. Vt ergo  
 igitur

igitur vel saltem alteruter erit mendax, ut ostendat alterutra pars, cur magis ~~τὸ~~ ~~ἡ~~ ~~τὸ~~ valeat ad cōsubstantiacionem, quam transsubstatiacionem asserendam. Aiuit Spiritum sanctum utroque nomine nūc panem & vinū, nūc corpus & sanguinem Domini appellare.

Recte quidem: Verūm enim uero si agnoscunt panē & vinum propriæ sua nomina tenere, quia substantias & naturas pristinas à consecratione æquè ac ante retinent: qui fit, ut nō animaduertant panem nō admittere propriā aliā & alterius rei denominationē: Sæpè quidē vocabula plura synonyma vnam eandemq; rem propriè significare possunt, ut gladius, ensis, mucro: sæpè etiam vna vox plures admittit significationes: diuersa verò diuersarū rerum nomina nō possunt simul p̄priè vni rei tribui: utrūcunq; enim eorū propriū fuerit, oportebit ut alterū sit improprium. Si ergo panis propriè dicitur panis, impropriè dicetur corpus Christi. Panis autē propriè

Priè suum nomen seruat: impropriè  
igitur assumit alterius rei nomen.

In testamentis aiunt figuratas lo-  
cutiones propterea non habere locū,  
ne testator studiose hæredes scriptos  
decipere, aut litibus post suam mor-  
tem ansam præbere voluisse videatur.  
Quasi verò is statim fallere dicendus  
sit, qui figuratè loquitur? Quòd si in  
cæteris sermonibus Christi locū non  
habet, nisi dominū mēdacijs accusare  
velimus quoties metaphoris, allego-  
rijs, parabolis in suis sermonibus est  
vñsus: qui fit, vt sub tempus mysticæ  
cœnæ figuratè loquens, magis quām  
aliàs fallere voluisse arguēdus sit? Sed  
objiciunt in testamentis condendis  
homines seriò solere agere, perinde  
ac si inanis lusus verborum sit Domi-  
ni, non iam dico in concione ad Ca-  
pernaitas Iohan. 6. habita, sed per to-  
tum illum sermonem Christi ante &  
post cœnæ institutionem, imò etiam  
in ipsa institutione, & in ipso agone  
mortis, vbi si aliàs vñquam, tunc certè  
maximè serio loqui & egisse videri  
debet:

debet: in his, inquam, omnibus quōt  
ies Christus figuratē loquutus est,  
aut seriō nō egisse, aut fallere voluisse  
putandus est, si valeat argumentum  
aduersariorum.

Lusistīne ergo, an decipere voluisti  
Domine Iesu Christe, quum dixisti  
ad discipulos: Desiderio desiderauis  
hoc pascha commedere vobiscum. Et  
rursum, inter cœnandum: Hoc pocu-  
lum nouum Testamentum in meo  
sanguine? Et paulò pōst: Ego decer-  
no vobis, sicut decreuit mihi pater  
meus regnum, vt edatis & bibatis ad  
mensam meam, in regno meo & se-  
deatis in solijs? Item in ardentiissi-  
ma oratione, quā petiit calicem à se  
transferri, Christus aut lusit aut fefel-  
lit? Præterea hoc loco, quod se vitem  
veram, & patrem agricolam, & suos  
vocauit palmites: saltem perpendan-  
tur vltima Christi verba in cruce pen-  
dantis, & iamiam moritū, quibus  
matrem discipulo dilecto cōmenda-  
uit, dicens illi: Ecce, filius tuus. Huic:  
Ecce, mater tua, & patri suo commē-  
dauit

dauit spiritum, inquiens: In manus tuas depono spiritum meum. Hic si contendant aduersarij Christi sermonem per se satis esse perspicuum, quis neget? Si verò idcirco secundum literam Christi verba accipi velint, quia vel clara vel seria sint, cogentur DEO manus affingere & nescio quæ alia: sin figuris & schematibus in sermone Christi scribè locum dent, agnoscant quām indignè quæ figuratè dicta sūt, falsitatis insimulent.

Quòd autem falsum sit, figuræ sermonis in testamentis non adhiberi, præterquam quod auctoritate Marcelli Iureconsulti diuersum in Digestis scribentis ostenditur, conuincitur etiam quotidiana experientia & consuetudine. Nam qui testamento facto scribit aliquem hæredem ex asse, deunce, aut semuncia: an non figuratè loquitur? Si quis vnicum tantū assēm vel assis preciū de tota testatoris hæreditate scripto ex asse hæredi concedi velit iuxta clarum testatoris verbū, nōne is risum in foro cōcitet?

M Quid

Heb. 9.

Quid quod res testamentis in praesenti legatæ, eius ferè generis sunt, ut non nisi post testatoris mortem in actu perducantur? Nam testamentum, vel teste scriptura, in mortuis ratum est. Mors igitur testatoris intercedat necesse est: quandoquidem nondum valet testamentum, quamdiu testator viuit. Atque hoc ipsum in Cœna mystica tam manifestum est, ut à nemine nisi admodum impudente, queat negari. Dicitur enim panis illud ipsum Christi corpus quod pro nobis traditum est: Et vinum ille ipse sanguis pro nobis effusus: Ad nondum erat corpus Christi traditū, nec sanguis eius effusus quum testamentum illud nouum conderet, id est, cœnam institueret. Quomodo ergo potuit actu & realiter corpus traditum discipulis dare? o portet ergo si verba Christi iuxta literam sunt accipienda, ut discipuli sumserint in illa cœna corpus Domini nondum traditum, id quod verbis Dominia pertè

pertè repugnat , aut certè discipuli  
 sumserunt corpus Christi , pro se tra-  
 ditum potentia non actu , hoc est ,  
 tradendum non traditum . Itaq; no-  
 stræ cœnæ mysticæ à morte Domini  
 celebratæ , tantum distabunt à cœna  
 vltima , quando Christus testamen-  
 tum hoc instituit , quantum distant  
 ea , quæ actu fiunt ab ijs quæ fiunt  
 potentia , aut quantum interest in-  
 ter corpus Christi adhuc mortale &  
 nunc immortale atque gloriosum .  
 Nondum enim erat glorificatum in  
 vltima cœna . Si ergo nos aliud Chri-  
 sti corpus secundum qualitates in  
 cœnis nostris edimus , & aliud ede-  
 runt discipuli : quid non absurdita-  
 tum hinc sequetur ? Eant nunc & ia-  
 stent testamenti ac testatoris fidem  
 qui de litera cœnæ Dominicæ usque  
 ad eò gloriantur . Nulli enim alij ma-  
 gis fidem testantis nobis suspectam  
 reddunt , quam illi ipsi , si eos audi-  
 amus . Quod si ad omnipotentiam

M 2 diui-

diuinam hoc loco prouocare velint,  
quæ ipsos adiuuet, vt sese extricent,  
maiori adhuc prostituent se ludibrio.  
Nam si potentia DEI voluissest præsta-  
re, vt corpus Christi nondum tradi-  
tum æque haberetur, ac si iam tradi-  
tum fuisset: quid opus fuisset Christū  
mori? Aut cur non æque eadem DEI  
potentia nobis simili ratione, qua di-  
scipulis corpus Christi dedit, nunc do-  
net? Vt cunque sit, nunquam cuita-  
bunt, quamdiu litera standum puta-  
bunt, quin actum cum potentia con-  
fundant, aut nos aliter quàm discipu-  
los Christi corpus sumere fateantur,  
aut à realitate discedant.

Porro quemadmodum inter falsas  
connexiones verarum sententiarum,  
in Eucharistiæ caussa, multis perstrin-  
git oculos, quòd aduersarij, cum ra-  
tiones suas ad impossibile ducentes,  
omnipotentiæ diuinæ scuto tegere,  
tum absurditates innumeræ sibi ob-  
iectas, eodem clypeo excutere, con-  
fueuerunt: Ita quoque nuper cepe-  
runt, ex ascensu Christi in cœlos &  
sessione

sessione eius ad dexteram patris, tan-  
 quam ex equo Troiano, suas argumē-  
 torum copias, in expugnationem ve-  
 ritatis educere. Quæ quidem omnia,  
 tantò spendidius ab illis dicuntur,  
 quantò maiori religione sciunt arti-  
 culos illos christianæ fidei ab omni-  
 bus pijs accipi. Nos verò, ad argu-  
 mentum illorum ab omnipotentia  
 DEI sumtum, cum Tertulliano, rectè  
 respondemus: plane DEO nihil esse  
 difficile, sed si ita abruptè in nostris  
 præsumptionibus hac sententia vta-  
 mur, posse nos de DEO quiduis con-  
 fingere. Ad eundem modum de a-  
 scensu Christi in cœlos & sessione ad  
 dexteram DEI, licet nobis ad conclu-  
 siones aduersariorum regerere, stante  
 ipsorum interpretatione, non tan-  
 tum naturæ ordinem, in vniuersitate  
 rerum, sed & diuinæ dispensationis  
 ordinem, in administranda salute no-  
 stra labefactari & euerti. Christus e-  
 nim sic nō amplius credendus erit,  
 quadragesimo à resurrectione die, su-  
 am humanitatem & nos vna secum

iuxta spem in cœlesti gloria colloca-  
 se: Sed mox ab incarnatione in ipso  
 tempore humilitatis, antequam obe-  
 diens factus esset Patri, usque ad igno-  
 miniosissimam mortem crucis, & ad  
 cœlos ascendisse, & ad dexteram DEI  
 consedisse credatur oportet: quum  
 tamen & Christus ipse & apostolicū  
 illo testentur, oportuisse Christum  
 pati primū & sic gloriam suam cœ-  
 lestem adire. Alia enim diuinitatis  
 gloria per tot miracula ab ipso, dum  
 adhuc inter mortales homo degeret,  
 facta, discipulis ipsius conspecta fuit:  
 sicut & futuræ gloriæ aliquis gustus  
 in monte præbebatur quibusdam ex  
 illis. Nos verò nūc, de ista gloria Chri-  
 sti loquimur, pro qua interpellabat  
 Patrem, quam se habuisse apud Patrē  
 dicit, priusquam conderetur hic mū-  
 dus. Hanc enim, si statim ab incarna-  
 tione, Christi humanitas tenere cœ-  
 pisset, quid opus fuisset illam petere à  
 Patre? Alterutrum igitur sequeretur  
 necessariò, vel ut tota humilitatis  
 Christi œconomia, merus Iusus & io-  
 cus

cus seu phantasma potius fuerit, vel  
 vt Christi humanitas simul & eodem  
 tempore, gloria ista caruerit & candē  
 habuerit, tempore inquam humilita-  
 tis. Egregia verò maiestas & gloria ex-  
 altati corporis Christi, & ad dexteram  
 Patris cuecti illa qua fingitur, non tan-  
 tum in pane & vino, ad usum Eucha-  
 ristiae consecrato, realiter adesse: ve-  
 rum etiam omnino in omnibus gra-  
 minibus & foliis arborum, atq; adeo  
 lapidibus. Evidem credidi haec tenus  
 unigenitum DEI filium induisse no-  
 stram carnem, vt per fidem & spiritū  
 suum in nobis habitans, renouaret  
 nos iuxta imaginem eius, qui condi-  
 dit primum hominem ad similitudi-  
 nem suam. Adhac ex ore ipsius Do-  
 mini didici, nobis carnem illius man-  
 ducandam dari in mysterio, vt ipse in  
 nobis magis magisq; viuat, & nos vi-  
 cissim in eo. Vbi verò legitur quæso  
 carnem Christi in rebus inanimis in-  
 esse velle? Commendauit singularem  
 suam erga nos amorem Christus in  
 hoc, quod non angelorum naturam,

M 4      sed

sed Abrahæ semen assumere, & nobis  
 per omnia similis (excepto peccato)  
 fieri voluerit. Ad quam autem obse-  
 cro amoris diuini prærogatiuam &  
 excellētiā hoc referri debeat, quod  
 simul ac Christus ad dexteram DEI  
 confederit, siue illud mox ab incarna-  
 tione, siue post resurrectionem ex  
 mortuis fieri ceperit, tunc Christi hu-  
 manitas perinde ac diuinitas in o-  
 mnibus rebus creatis moueri & ines-  
 se voluerit? Dicitur sanè verbo poten-  
 tiæ suæ moderari omnia: sed quid  
 hoc ad rem propositam facit? Siqui-  
 dem & carne absens seruare suos po-  
 test, qui perfectum habebunt gaudi-  
 um, quum se virtute omnipotentis  
 protegi non dubitent. Cùm igitur  
 Deitati seruatio attribuatur, non de-  
 benuis carnis præsentiam propter  
 hoc desiderare, sicut expressis verbis  
 monet Cyrillus. Quod verò ascensus  
 Christi in cœlos & sessio eius ad dex-  
 teram Patris male definiatur ab ad-  
 uersarijs, inde liquet, quod Apostolus  
 Paulus a que nostræ exaltationis fun-  
 damen-

damentum in ascensu corporis Christi locat, ac nostræ resurrectionis in Christi resuscitatione. Iam certum est, nostram resurrectionem à resurrectione Christi adeò pendere, ut alterutra sublata, tollatur etiam altera necessario: & rursum altera stabilita, statuatur & altera. Oportet ergò ut in ascensione ad cœlos, res pariter se habeat, nempe, si Deus nos simul cum Christo iuuificauit, & suscitauit, & simul cum eodem sedere fecit in cœlestibus, sicut in resurrectione similes illi futuri sumus, ita & in ascensione. Vnde ad Thessalonicenses scribit Paulus, post ultimā resurrectionem pios tam suscitatos quam adhuc iuuos vñā raptū iri in nubibus in occursum Domini in aëra, & sic semper cum Dominō futuros. Quodam hoc loco ascensionis nostræ spectaculum excogitabunt aduersarij, vt ex ascensu Christi spectaculum faciamus? An non igitur meritò exploduntur cum suo dogmate, sicut Apostolus Hymenæum & Philetum detestatus est, dicen-

<sup>1.</sup> Thes. 4.

M 5      tes

tes resurrectionem iam esse factam?  
 Quo nimirum figmento illi eluse-  
 runt carnis veram resurrectionem,  
 & quorundam fidem subuerterunt,  
 haud aliter sanè, quam hi nostri ho-  
 die eludunt corporalem Christi a-  
 scensionem in cœlos, æque commi-  
 niscentes spiritualem exaltationem  
 pridem in incarnatione Christi factā,  
 & visibilem Christi ascensum in sp-  
 ètaculum (nescio quale) conuerten-  
 tes. Quid verò tandem consequen-  
 tur, si obtineant, nisi ut falsum scrip-  
 sisse Apostolum putemus de corpo-  
 rum nostrorum subleuatione in cœ-  
 los? At hi potius arguantur mendacijs,  
 quam ut in ullo spiritum sanctum  
 mentitum esse cogitemus.

Inter falsas connexiones ponendæ  
 sunt dissimiliū exemplorū coacerua-  
 tiones, quib⁹ spiritualis verborū Chri-  
 sti intelligentia in suspicionē, odiū &  
 inuidiā adduci solet. Cōmemoratur  
 imprimis mandati diuini in paradiſo-  
 dati transgressio, quæ nimirum ex co-  
 dem fonte infidelitatis promanarit,  
 quando

Quando ratio humana simplici verbo  
 tū sensu nō acquieuit, sed fortasse se-  
 cum reputauit Deū alicuius significa-  
 tionis causa dixisse, si māducaueritis, *De genes.*  
 morte moriemini: In qua sentētia Auad literam  
*gustinū* etiam faisse cōstat. *Vt ut ve-* *lb. II.*  
 rò illud sit, exprimit certè scriptura sacap. 30.  
 cra, manifestā serpētis seductionē, ver-  
 bo Dei per omnia contrariā. Nititur  
 enim serpens persuadere mulieri,  
 rem prorsus nefandam cogitari, quod  
 scilicet malevolentia DEI à re bona  
 & vtili fuerint prohibiti. Inerat de-  
 inde menti mulieris amor ille pro-  
 pria potestatis & quēdam dese super-  
 ba præsumtio, quæ per illam tentati-  
 onem fuerat conuincenda & humili-  
 anda. Accessit denique consideratio  
 arboris & fructus vetiti, esui cōmodi  
 desiderabilis. *Quid verò horum in spi-*  
 ritualem Eucharistiæ interpretatio-  
 nem incidit? Vbi legitur in scriptura,  
 hæc à serpente vlli hominum sugge-  
 sta? Scio equidem quid de genio siue  
 bono siue malo per insomnium cui-  
 dam suggestente aliqua ad hanc rem  
 perti-

pertinentia, à maleuolis iactetur vul-  
gò. An verò illi nesciunt regulam di-  
uinitus perscriptam de somnijs in-  
ternoscendis? Cur igitur non discer-  
nunt potius an hoc quod quis per-  
somnum vidit, veritati verbi DEI con-  
ueniat aut repugnet? Quis aduersa-  
riorum vñquam adhuc potuit, aut e-  
tiamnum poterit ostēdere spirituale  
verborum Christi sensum vel à fide,  
vel à spe, vel denique à charitate tum  
DEI, tum proximi esse alienum? Quid  
igitur insimulare hunc diabolicae sug-  
gestionis pergunt?

Præceptum DEI in paradiſo pri-  
mis parentibus datum, plane fuit ne-  
gatiuum, & expressam habuit com-  
minationem, poenæ transgressionem  
securitæ, adiectam. Serpentis verò  
persuasio vñà cum promissione fuit  
affirmatiua, ita vt repugnantia mini-  
mè obscura inter mandatum DEI, &  
sermonem Diaboli facile posset de-  
prehendi. Et hoc auxit peccatum  
transgressionis, quod serpenti diuer-  
sa suadenti credere maluerunt pro-  
toplasta

topi lastæ quām Deo. Quare haud  
 quaquam ignoratione genuini intellectus verborum Dei lapsi sunt, sed potius falsi honoris à Diabolo promissi concupiscentia suggestione serpentis, & intuitu fructus vetiti inflamata, sunt decepti. Conferamus iam spiritualem Eucharistię explicationem cum verbis Christi. Vocat Dominus panem corpus suum : quis nostrum negat ? An non ad rauim usque clamus, fidei nostrae, respicienti ad res significatas in cœna Domini, panem esse ipsissimum Christi corpus pro nobis traditum, cuius videlicet in recto viu Eucharistię, reddamur participes & propter huius participationis veritatem & certitudinem, panem gerere nomen corporis Christi ? An verò dū negamus panem propriè, simpliciter, essentialiter, realiter dici vel esse Christi corpus : idcirco omnem modum existendi excludimus ? Si hominum figmenta à verbis Christi remoueri volumus, an ob id verba ipsa corrupisse dicendi sumus ? Taceo quod nulla eius-

eiusmodi absurditas primos parentes à simplici interdicti diuini sensu abducere potuit, quales innumeræ in literalem controversonum verborū Christi sensum incidentur. Quid enim illic vel fidei vel charitati repugnans reperiebatur? Augustinus scribit, quicquid asperum & quasi fæuum factu diuītique in sanctis scripturis legitur ex persona Dei vel sanctorum eius, id ad cupiditatis regnum destruendum valere. Quod si perspicue (inquit) sonat, non est ad aliud referendum. Interditum DEI ad refrænandam cupiditatem primorum parentum valebat, ne videlicet nullius creaturæ amore vel instinctu à creatore suo auellerentur. Quod cum propriè sonaret, figuræ in verbis Dei non fuit locus. Quid quæso iam corporalis manducatio carnis Christi ad cupiditatis regnum destruendum valet? An non multò magis spirituali intelligentiæ laus ista tribuitur, ubi & fames sitisque iustitiae afferenda ad cœnam Domini, regnum cupiditatis subuertit & saturitas ex parte potuque cœlesti, hoc est, è cor-

Lib. 3. de  
doctr.

Christ. ca.

m.

Pore Christi pro nobis tradito, & sanguine in remissionem peccatorum effusio, in nos deriuata & promanans, confortat nos, ut per Christum carnem nostram cum vitijs & concupiscentijs crucifigere, & domare possimus?

In Zacharia parente Ioannis Baptista, obstrepente Gabrieli annuncianti futurum partū, manifesta reprehenditur incredulitas. Quidnā verò huic simile adhuc in spirituali verborum Christi interpretatiōe ab aduersarijs ostendi potuit? An quia papisticam transubstantiationem credere nolumus, ideo cum Zacharia conferimur? Quid verò amplius prærogatiuæ consubstantiatio habet, vt hāc præ illa admittamus? Quis nostrū haec ten' dubitauit, Christū in cœna mystica facere nos sui corporis & sanguinis cōpotes & participes? Quod si spiritu & fide fieri dicimus, proptereāne increduli habemur? De exemplo Abrahāmi supra diximus: Cuius nimirum fides cum in circumcisione suscipienda, tum in filio immolando spectata fuit.

Quis

Quis verò nostrum cohorrescit, me-  
diatorem Dei & hominum, hominē  
Christum Iesum carnem suam nobis  
manducandam, bibendumque san-  
guinem dantem, fidei corde atq; or-  
suscipere? Quamuis horribilius vi-  
deatur humanam carnem manduca-  
re, quām perimere, & humanum san-  
guinem potare, quām fundere. Qui  
fit hoc amabo? An quia crudas car-  
nes maximè hominis comedere, &  
sanguinem propositum bibere horre-  
remus: Ideò credamus, speciem qui-  
dem panis & vini, quibus assueuimus,  
manere, in carnem verò & sanguinem  
transelementari? Augustinus certè  
transelementationem illam prorsus  
ignorauit: longè verò aliam ratio-  
nem assignauit, cur nobis sermo Do-  
mini durus & horribilis non sit existi-  
mandus: nempe, quòd in Christi ser-  
mone sacramenta, id est, sacra signa  
sine vlla obscuritate cognoscimus: si-  
cut in duobus filijs Abrahæ, duabusq;  
mulieribus eius commixtione fœta-  
tis, duo testamenta cum Apostolo  
intel.

Gal. 4.

intelligimus: sicut duos in carne vni  
 Christum & Ecclesiam attendimus.  
 Quorsum enim Augustinus duo alle-  
 goriarum interpretationum exem-  
 pla manducationi carnis Christi acco-  
 modasset, nisi sensum huius spiritua-  
 lem æquè ac priorum istarum formu-  
 larum approbasset? Huc accedit quod  
 Augustinus superioribus statim sub-  
 iungit: In omnibus sanctis scripturis,  
 secundum sanæ fidei regulam figura-  
 tè dictum vel factum siquid exponi-  
 tur, de quibuslibet rebus & verbis,  
 quæ sacris paginis continetur exposi-  
 tio illa ducatur, non aspernanter, sed  
 sapienter audiamus. Hæc igitur faci-  
 unt quò minus exhorrescamus, audi-  
 entes panem nuncupari corpus Chri-  
 sti quum tantæ rei sacramentum acci-  
 pimus. Cur enim os nostrum abhor-  
 teret à sumtione panis & vini propter  
 tam honorificam nuncupationem,  
 præsertim ubi de ratione mysterij fi-  
 dei nostra constat? Sana ergo intelli-  
 gentia sermonis Christi eximit nobis  
 omnem horrorem, non superstitionem.

N la, que

la, quæ oculos & aures claudi vult. Faciunt enim exteriores sensus suum quoque officium in usurpatione sacramentorum. Nam interim dum oculis vident panem, mens nostra intuetur panem cœlestem & vinum, & dum aures audiunt panem visibilem dici corpus Christi, agnoscit mens nostra, nos corporis dominici in fractione panis fieri participes. Cur igitur clauderemus oculos & aures, quum horum sensuum ministerio usque ad eò iuuenimur in vera participatione corporis & sanguinis Christi? Ex iam dictis colligere licet, quàm immerito spiritualis verborum Domini sensus in cœna, comparetur cum exemplis incredulitatis in scriptura, aut etiam cum rationis humanæ deliramentis.

*Hom. 38. in Ioannē.* Quomodo aliâs iustum reprehensionem effugeret Chrysostomus, sic scribens: Vides, ut saepius dixi, quàm aperte intelligatur? Sed quid dixi? Nimirum verborum humilitatem maximè intelligentibus persuadere, non quæ in promptu, & prima fronte sententia

tia occurrit eam accipiendam, sed altiorem sensum inuestigandum neq; humi immorandum. His igitur rationibus dilectissimi, nolim<sup>o</sup> verba Christi temere transfigere, sed in omnibus scripturis sedulam requirendi diligētiam, quare dicta sint, adhibeamus. Neq; existimemus, satis nobis ad excusationem esse, ignorantiam & simplicitatem. Non enim bonos tantū nos esse iussit Christus, sed & prudētes &c. Et alibi: Sacræ scripturæ verba nō vult Deus, vt simpliciter, sed multa cum prudentia intelligantur. Propterea Dominus Iudæos admonuit: Scrutamini scripturas. Quod non vtiq; dixisset, si per facile, & prima tantū lectio- ne possent intelligi. Quod enim in medio & in promtu positum est, ne- mo sanè perscrutatur: sed quod ob- scurum & latens, id multa indiget inquisitione, vt inueniatur. Hæc autē nobis dicta sunt, ne simpliciter & te- merē, sed summa cum attētione scri- pturam accipiamus. Nam si quis ipsa duntaxat verba nuda, & vt dicuntur,

Hom. 14;  
in Ioannē.

acciperet: multa absurdā de Deo nē  
cessē esset suspicari: verūm si recondi-  
tam verbis sententiam deprehende-  
rit, omnia purgabuntur. &c. Ex ijs,  
quæ hactenus dicta sunt, videre est  
sententiam nostram de Eucharistia  
veritati rerum per omnia esse consen-  
tancam. Superest ut ostendamus, ean-  
dē naturæ quoque signorum diuini-  
tus institutorum maximè conuincire.

## LIBER TERTIVS. DE SIGNIS ET SIGNIFICA- TIONIBVS DIVINAE VO- *luntatis in Eucharistia.*

**Q**VAM diu in hac vita peregrina-  
mur, quamuis conuersationem  
nostram habeamus in cœlis, adhuc ta-  
men per speculum in ænigmate vide-  
re, & per fidem non per speciem am-  
bulare dicimur. Ne verò deficiamus  
in via, significationibus pascimur, vt  
ad res ipsas durantes peruenire possi-  
mus. Proinde, inquit Augustinus, &  
nos

nos Dominus in istis scripturarum <sup>17. tract.</sup>  
 significationibus laborantes pascit. <sup>in Ioan.</sup>  
 Nam si ista intelligendorum sacramē  
 torum lātitia subtrahatur à nobis, de-  
 ficiamus in labore, & non erit, qui per-  
 ueniet ad mercedem. Quod si harum  
 rerum originem altius repetamus, vi-  
 debimus iam inde à conditis primis  
 hominibus, Deum pro sua sapientia,  
 istam rationem ac viam per signa vi-  
 delicet externa, vtrunque hominem,  
 tam exteriorem quam interiorem in-  
 formandi, de sua voluntate institui-  
 se. Quamuis enim Adam ante la-  
 psum lege naturæ, quam Deus ipsius  
 pectori insculpsérat, & Spiritus sancti  
 donis varijs instructissimus esset: ex-  
 terius tamen etiam per verbum exter-  
 num & duas arbores positas in Para-  
 diso, non in alimentum, sed sacra-  
 tum, hominem ab omni labe adhuc  
 integrum, crudire voluit. Quū enim  
 Deus in homine sic animam corpori  
 sociasset, vt mutuam quasi operam si-  
 bi inuicem præstarēt, licet fides, spes,  
 charitas propriam sedem in animo

N 3      hominis

hominis habere deberent: placuit nihilominus Deo, ut & corporis dotes  
 (id est) quinque sensus exteriores in cognitione Dei animo seruirēt. Hinc  
 Augustinus tractatu 18. in Iohannem:  
 Vide quemadmodum omnes corpo-  
 ris sensus cordi intronuntient id,  
 quod senferint foris. Vide quām mul-  
 tos ministros habeat vnuis interior  
 imperator. Quod etiam certissimum  
 futuræ immortalitatis fuit argumen-  
 tum, quum & corporibus gustus ali-  
 quis rerum diuinarum suo modo pre-  
 beretur. Quod si Deus hominibus ad-  
 huc integris & incorruptis, putauit  
 vtile & necessarium fore, ministeriū  
 externum verbi & sacramentorum:  
 quantò magis post lapsum & indu-  
 ctam iam pristinam imaginem DEI,  
 iuxta quam creati fuerant primi ho-  
 mines, indigere cœperunt, multiplici  
 voluntatis diuinæ significatione? De-  
 us igitur condescendens & accom-  
 modans se ad nostram infirmitatem,  
 iuxta humanam consuetudinem, ac  
 prout ipse nouit nobis expedire, ita  
 nobis.

nobiscum agit: quo nomine illi haud  
exiguam gratiam atque laudem de-  
bemus, tantum abest, ut plus illo sa-  
pere, & rationem tam familiarem fa-  
stidire velimus.

Porro quum in signis etiam diui-  
nitus institutis, præcipue attendendū  
sit, non quod sua natnra sunt, sed po-  
tius, quod significant: debemus vtiq;  
& nos in illis nihil aliud quam volun-  
tatem Dei appetere. Nam si Deo nul-  
la fuit alia causa, signi nobis dandi,  
nisi ad deponendum è scrinio sui  
pectoris, & traiiciendum in animum  
nostrum id, quod ipse nos scire digna-  
tus est: an non ipsi nobis signa Dei  
inutilia, & noxia reddimus, si pro re-  
bus ipsis, eis colendis animos nostros  
obligauerimus, nec ad ea, quæ his si-  
gnificantur, retulerimus? Certum est *August.*  
autē, vnam rem diuersis modis signi- *49. tract.*  
*Cari posse: Vnde Augustinns, sicut vna in Ioanne.*  
res, inquit, multis locutionib⁹ & mul *Lib. i. con-*  
*tis linguis significari potest: sic vnum tra aduerso*  
*verum & singulare sacrificium mul- *sarium lec-**  
*tis est antea significatum figuris. gis.ca. 18.*

Incepti sunt ergo, qui aliam in scripturis & verbo Dei, aliam in sacramentis voluntatem Dei contineri, aut significari putant. Et recte idem Augustinus: Antequam vides, ait, quod vide re non potes, crede, quod nondum vides. Ambula per fidem, ut peruenias ad speciem. Species non laxificabit in patria, quem fides non consolatur in via. Sic enim dicit Apostolus. Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino, statimque subiecti, qua-re a Domino peregrinamur, quamuis iam crediderimus: per fidem, inquit, ambulamus, non per speciem. Tota igitur opera vestra, fratres, in hac vita est sanare oculum cordis, unde videtur DEVS. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur, ad hoc sermo Dei praedicatur, ad hoc exhortationes Ecclesiæ morales (id est) pertinentes ad corrigendos mores, ad emendandas carnales concupiscentias, ad renuntiandum non voce tantum, sed mutata vita huic saeculo. Ad hoc quicquid agunt diuinæ sanctæ quæliteræ, ut pur-

getur

Sermone  
18. de uer-  
bis Domini  
ni.

getur illud interius ab eare, quæ nos  
impedit ab aspectu DEI. &c. Præte-  
rea sciendum est, omnia signa diuini-  
tus instituta hoc habere intersc com-  
mune, quod in definitione signi ab  
Augustino ponitur, ut præter speciē,  
quam ingerunt sensibus, aliud aliqd  
ex se faciant in cogitationem venire.  
Quibus igitur hoc non faciunt, illis  
signa non sunt, quæ aliâs diuina insti-  
tutione signa esse poterant. Itaque  
quod Augustinus de verbo Dei so. Tract. 49  
nante scribit, Utique nihil aliud sunt in loco.  
verba quam signa. Significando enim  
verba sunt: tolle significationem ver-  
bo, strepitus inanis est. Idem de reli-  
quis sacris signis sentire debemus, ut  
illa propter significationem diuini-  
tus adiunctam, & impositam magni-  
facere discamus, & virtutem per ista  
operantem, iugiterque manentem ve-  
neremur: nec ita stolidi simus, aut fu-  
perstitiosi, ut incantatores & hypocri-  
tae, qui nudis characteribus & voci-  
bus præter vim significandi, nescio  
quod amplius tribuere solent: satis

N 5 fit no-

sit nobis, si in signis diuinis, cuiuscun-  
que tandem generis sint, Dei volun-  
tatem inueniamus. Rectissimè enim

**Lib. 2. de Aug<sup>ustino</sup>** non in verbis tan-  
**consensu** tum, sed etiam in cæteris omnibus  
**Evang. ca.** signis animorum, non nisi ipsum ani-  
mum esse inquirendum. Signa diui-

28.

na distribuuntur iuxta quinque sen-  
sus. Ad aures pertinent verba, quæ ob-  
tinuerunt principatum significandi,  
quæcūq; animo cōcipiantur, si ea pro-  
dere quisq; velit. Et verbis quidē reli-  
qua signa omnia enūtiari possūt, ipsa  
verò verba reliq; signis nullo modo.

Sed quia verberato aëre, statim trā-  
seunt, nec diutiùs manent, quām so-  
nant verba : ideo reperta & instituta  
sunt per literas verborum signa : ita  
voces oculis ostenduntur, non perse  
ipsas, sed per signa quædam sua. Huic  
est, quod Deus, cum olim multifari-  
am multisq; modis loquutus sit ho-  
minibus, quò faciliùs ad posteros re-  
uelatio diuinæ voluntatis propaga-  
retur, literis mādari voluerit, quæ po-  
steris ad veri cognitionem sufficere  
puta.

putauit. Quemadmodū igitur in fœderibus sanciendis consuetudo inter homines obtinuit, ut verbis primum vltro citroq; datis, societatē inter se contrahant, seq; mutuò obligent. Deinde p̄cipua cōtractus seu init̄ societatis capita in literas referāt. Postremo etiā sigillis, alijsq; visibilib⁹ signis, ceu arrhis quibusdā, aut dexteris inuidē datis, fidem suā cōfirment: ita Deus certiores factur⁹ homines suæ volūtatis, res occultas & nimis secretas, exhibet nobis cognoscendas, sicut potest capere sensus human⁹: nec tantū verbis, sed etiā rerū imaginib⁹ nos instruit, cūq; res diuinæ incōparabili diueritate ab humanis sciūctæ sint: nō frustra tamen diuinæ scripturæ à terreno & humano sensu ad diuinū & cœlestē 83. quæst. nos erigētes, neq; ad ea verba descēderūt, quib⁹ inter se stultissimorū etiā ytitur cōsuetudo. Vnde hoc quæso? nisi q̄a hæc cognita, quæ in quotidiana cōsuetudine versātur, & experimētis usūtioribus innotescunt, nonnullam ad illa sublimia p̄erbent viam?

Visibilis

Visibilis ablutio Baptismi, quæ fit  
 in corpore, tam visui nostro quam ta-  
 cti purgationem delictorum ibi ma-  
 xime intelligendam adumbrat. Et  
 quomodo dulcis & grata illa recorda-  
 tio passionis mortisque dominicæ  
 aptius & pulcrius exteriori nostro  
 homini significari potuisse, quam  
 per coenam Domini. Cum enim cibo  
 & potu id appetant homines, ut neq;  
 esuriant neque sitiunt: hoc veraciter  
 non præstat, nisi iste cibus & potus,  
 qui eos, à quibus sumitur, immorta-  
 les & incorruptibiles facit. Panis igi-  
 tur terrenus in coena Domini, panem  
 cœlestem facit in cogitationem veni-  
 re, qui requirit interioris hominis e-  
 suriem, vnde alio loco dicit: Beati qui  
 esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam  
 ipsi saturabuntur. Iustitiam vero no-  
 bis esse Christum, Paulus dicit. Vbi  
 fames & sitis est, ibi est & satietas,  
 Augustino testante. Qui credit in eū  
 manducat: inuisibiliter saginatur,  
 quia & inuisibiliter renascitur, infans  
 intus est, nouus intus est, vbi nouella-  
 tur, ibi

tur, ibi satiatur. Si Augustinus **verè** scribit, spiritualiter ruminare, nihil esse aliud, quām recordandi dulcedine, quod vtile audieris, ab intestino memoriæ, tanquam ad os cogitationis reuocare: quanto cūdientius atq;  
suauius ob maiorem similitudinem,  
illud ipsum in cœna Domini p̄erage-  
re licet, ybi non tantum expressis ver-  
bis, verum etiam significantissimis  
symbolis de æterna satietate per cor-  
pus & sanguinem Christi nobis com-  
parata admonemur?

**DE DVPLICI RATIONE SI-  
GNIFICANDI PER VER-  
bum Dei, & scripturam sacram  
in Eucharistia.**

**D**E scripturarum obscuritate agēs Chrysostomus, sic scribit, non si cut voluit homo, ita locutus est spiri-  
tus, sed sicut voluit spiritus, ita loquu-  
tus est homo. Quod idem de literis  
ipsis sacris omnino est sentiendum,  
tempore non pro voluntate hominum  
scriben-

*Hom. 44.  
i. Matthæ  
um.*

scribentium, sed ductu atq; impulsu  
 Spiritus sancti stylum eorum, à quib;  
 memoriae res sacrae proditæ sunt, tem-  
 peratū atq; directū fuisse. Hoc & Au-  
 gustinus testatur, inquiēs. Magnificè  
 & salubriter Spiritū sanctū ita modifi-  
 casse scripturas sanctas, ut locis aper-  
 tioribus fami occurreret, obscuriori-  
 bus autē fastidia detergeret: nihilque  
 de illis obscuritatibus erui, quod nō  
 planissimè alibi dictū reperiatur. Pa-  
 scit igitur nos manifestis, exercet ob-  
 scuris. Et q̄quā nonnulli multiplicib;  
 obscuritatibus & ambiguitatib;  
 scrip-  
 turarū decipiūtur, q̄ temerè legūt, ali-  
 ud pro alio sentiētes: quibusdā autē  
 locis qd vel falsō suspicētur non inue-  
 niūt: vñq; adeò obscurè quædā dicta  
 densam caliginē obducūt: Augustin,  
 tamen nō dubitat, quī hoc totū diui-  
 nitus sit prouisum ad edomādā labo-  
 re superbiā & intellectū à fastidio re-  
 nucandū, cui facilē inuestigata plerū-  
 que vilescunt, & nemo ambigit cū ali-  
 qua difficultate quæsita multò grati-  
 ūs inueniri. Ne igitur ueritatis noti-  
 cia

Cia vilis aut contemtibilis exfisteret,  
 obscurata est illa in scripturis ad il-  
 lorum quidem gloriam, qui deside-  
 rauerint, & inuenerint eam: in ho-  
 rum autem condemnationem, qui  
 nec desiderauerint, nec quæsierint,  
 nec inuenerint eam, nullam haben-  
 tes cōdēnationis suæ excusationē ex  
 ignorātia veritatis, eò quòd inueniē-  
 di facultas illi non defuisset, si fuisset  
 quærendi voluntas. Subest etiam alia  
 ratio istius variationis sermonis diui-  
 ni in literis sacris, quamuis res eadem  
 sit, eademque cognito, quæ verbis  
 planis suggeritur: per similitudines  
 tamen libentiū eadem cognoscitur.  
 Præterquam enim quòd sermo figu-  
 ratus magis delectat & mouet, lucem  
 etiam quandam rebus secretis, & ali-  
 às ineffabilibus affert. Et hoc est  
 quod Augustinus scribit: si mouent  
 ad fidem, quæ figuratè tantum di-  
 cta, non facta sunt: quanto magis  
 mouere debent, quæ figuratè non  
 tantum dicta sed facta sunt. Nam si-  
 cut humana consuetudo verbis, ita  
 diuina

diuina potentia etiam factis loquitur: & sicut sermoni humano verba noua vel minus usitata, moderatè ac decenter aspersa splendorem addunt: ita in factis mirabilibus congruenter aliquid significantibus, quodammodo luculentior est diuina eloquentia.

Cæterum de genere locutionis in scriptura, quo pacto iudicium fieri debeat, malo Augustini, quam meis verbis ostendere. Si in verbis, inquit, Dei vel cuiusquam personæ in officium propheticum assumtæ dicitur aliquid, quod ad literam, nisi absurdè non posset intelligi: proculdubio figuratè dictum ob aliquam similitudinem accepi debet: dictū tamē esse, dubitare fas nō est. Hoc enim à fide narratoris & pollicitatione expositoris exigitur. Alibi scribit: In sermonibus DEI non esse ad proprietatem operum omnia reuocanda: sed planè de fide narrationis hoc exigendum esse, ut quæ dicit facta esse, verè facta sint: & quæ dicit dicta esse, verè dicta sint, quod exigitur etiam à narratoribus Euangelij.

Euangelij. Cùm enim Christum narrarent quædam dixisse in parabolis: tamen hæc eum dixisse, non parabolica, sed historica narratio est: ita nos Euangelistarum & Pauli narrationem de institutione cœnæ mysticæ hæc tenus propriè accipimus, quatenus corporaliter intellecta fidem diuini eloquij afferit: Credimus enim omnino Dominum visibilia elementa panis & vini accepisse, gratijsque actis fregisse & discipulis distribuisse, alterum ad edendum, alterum ad bibendum, partim in sui corporis pro nobis traditi, partim in sanguinis pro nobis effusi memoriam. &c. Hæc omnia propriè in ista actione cœnæ mysticæ accipimus, & retinemus. Videmus enim ista omnia corporaliter nominata (salua veritatis fide) in propriæ locutionis genere locum habere posse adeoque debere. Nam si in cōmemorationem & annuntiationem mortis dominice panis edendus, & poculum illud vini bibendum est. quomodo quæso posset hoc à nobis præstari altera ex

O

parte,

parte, nisi iuxta literæ proprietatem  
 eſus panis & vini potus acciperetur?  
 De horum igitur ſiue verborum, ſiue  
 etiam actionum proprietate in Eu-  
 charistia non litigamus. At verò cum  
 panis terrenus à Christo monstratus,  
 & porreſt⁹ diſcipulis nominatur cor-  
 pus Christi, & vinum ſanguis: Item  
 cum Christi corpus ſiue caro dicitur  
 manducari, & ſanguis bibi: hæc qui-  
 dem & ipsa credimus verè à Domino  
 ſic dicta & fieri iuſſa eſſe, ſed alio ſen-  
 tu & ratione ſiue respectu diuerso à  
 ſuperioribus. Panem enim terrenum  
 fatemur dici corpus Christi non pro-  
 prietatis ſubtantia, ſed cuiusdam ſi-  
 militudinis cauſa. Nam & petra eſt  
 Christus & oſtium eſt Christus, & la-  
 pis angularis eſt Christus, & paſtor eſt  
 Christus, & agnus eſt Christus, & leo  
 eſt Christus. Quàm multa & alia per  
 ſimilitudinem Christus eſt, quæ per  
 proprietatem & ſubtantiam non eſt  
 Panis igitur realiter & ſubſtantialiter  
 proptera non eſt Christi corpus, quia  
 non potest ſalua fide veritatis iſtud  
 corpora-

corporaliter nominatum corporali-  
ter accipi. Quoniam ut alia quām  
plurima omittam, sequeretur inde  
necessariò, quod Augustinus de in-  
fantibus scribit, inter celebrationem  
sacramentorum audientibus auto-  
ritate grauissima sibi dici, cuius cor-  
pus & sanguis sit, ut nihil aliud cre-  
derent homines, nisi omnino in illa  
specie dominum oculis apparuisse  
mortaliū, & de latere tali percusso  
liquorem illum omnino fluxisse. Mā-  
dicationem similiter carnis seu cor-  
poris Christi propriè acceptam ijs-  
dem de causis repudiamus, quia & fi-  
dei & charitati illa repugnat.

Dicimus autem hanc Christi men-  
tem fuisse, quum ex pane & vino sa-  
cramenta sui corporis & sanguinis  
faceret, vt panis visibilis, accedēte di-  
uina verbi vocatione ex institutione  
Christi, reuocet nobis in memori-  
am & cogitationem Christi corpus  
pro nobis traditum, tanquam cœle-  
stem panem, cuius facti participes  
ad aternam vitam tam corporibus

O 2      quām

*De trinitate*  
*lib. 3.*  
*cap. 10.*

quam animis sustentemur & conser-  
 uemur. Quanquam vero panis terre-  
 nus similitudine sua nobis aliquo mo-  
 do refert panem coelestem: multò ta-  
 men id magis atque certius facit, acce-  
 dente verbi diuini vocatione. Ut Au-  
 gustinus contra Faustum scribit: No-  
 ster panis & calix non quilibet quasi  
 propter Christum in spicis & farmen-  
 tis ligatum, sicut illi despiunt: sed cer-  
 ta consecratione mysticus fit nobis,  
 non nascitur. Proinde quod non ita  
 fit, quamuis sit panis & calix, alimen-  
 tum est refectionis, non sacramentū  
 religionis: nisi quid bene dicimus gra-  
 tiásque agimus domino in omni ci-  
 us munere, non solum spirituali ve-  
 rum etiam corporali, &c. Etsi ergo  
 panis iam consecratus in mysterium,  
 non ita prorsus discessit à pristina na-  
 tura sua, ut deserit aptus esse nutrien-  
 dis humanis corporibus: longè tamē  
 superant omnes communes cibos.  
 Est enim iam euctus ad parem digni-  
 tatis gradum cum Dei Verbo, & fa-  
 ctus instrumentum Spiritus Sancti, ut  
 testetur

Lib. 20.  
 cap. 13.

testetur & loquatur suo quodam modo, de beneficiorum per Christi corpus & sanguinem comparatorium cōmunicatione & perfruitione? Propheta regi Chaldæorum minatur, lapidem de pariete clamaturum & subcudes & securiclas de tabulato testaturas cōtra tyrannum: Et nobis non testaretur panis de corpore Christi, quo in nobis parta est salus & redētio? Huius verò perfruictio quo alio dulciore nomine & amabiliore specie, quam manducationis repræsentetur? Siquidem in hac vita mortali, cœna & conuiuio vix quicquam reperiatur suauius & iucundius. Ergo ut fructus laborum & passionum Iesu Christi ad nos pertinere & redire, indies magis magisque persuadeatur: instituta est cœna mystica ab ipso domino, que nobis huius rei testis foret.

DE SVMMA LEGIS ET EVANGELII PROPRIIS VERBIS  
in scripturis sanctis enunciata.

O 3 Quod

**Q**uod Deus exclamat apud Prophetam: perditio tua, ô Israël, exte est, sed in me salus tua. Vtrumq; horum ut cognosceremus, visum est Deo, naturam hominum corruptam & infectam iam inde à lapsu primorum parentum legi naturæ ut cunque adhuc in hominibus lucenti, & liberi sui arbitrij viribus permittere, donec quotidiana experientia edocti discerent mortales, omne figmentum cogitationum cordis humani duntaxat in malum propendere. Quoque magis hominum perspiccretur malitia & agnosceretur, quam promisso salvatore foret opus: promulgavit Deus legem suam cœlitus, & eandem tabulis lapideis inscriptam per Mosen Israëlitico populo custodiendam tradidit, vt ibi ceu in speculo suam deformitatem miseri homines contemplati, sibi ipsi prorsus diffisi, ad meram Dei gratiam in Christo promissam confugarent. Lex igitur Dei per se quidem sancta, iusta, bona, spiritualis, quoniam à nobis qui carnales & venditi sub peccatum

peccatum sumus, neq; bonum quod  
 præcipiebat extorquere poterat ( si  
 quidem non habitat in carne nostra  
 bonum ) neq; malum quod vetabat  
 reprimere valebat: tantò atrociùs pec-  
 catum nostrum effecit, quantò abun-  
 dantior eius per legis cognitionem  
 extitit demonstratio. Sentientes er-  
 go aliam legem in membris nostris  
 rebellantem legi Dei, captiuosq; red-  
 dentem nos legi peccati, quæ est in  
 membris nostris : ingemiscere cogi-  
 mur sub onere peccatorum nostro-  
 rum cum Apostolo suspirante: Miser  
 ego homo, quis me liberabit ex hoc  
 corpore peccatis obnoxio? Atq; hoc  
 pacto humiliati reddimur idonei ad  
 quærendam gratiā Dei in Christo. Se-  
 quitur ergo legis doctrinam cognitio  
 gratiæ, quam prædicat Euāgelium de  
 Christo, per quam Deus, quod lex in-  
 firmata per carnis nostræ imbecillita.  
 tē obtainere in nobis & præstare p nos  
 nō poterat, præstitit, & per eundē ho-  
 stiā factū pro peccatis sustulit à nobis  
 peccatū, vt legis iustificatio in nobis  
 implaretur. Rom. 8.  
O 4 Quem-

Quemadmodum autem ex veteri  
 testamento discimus unicum illum  
 verum Deum rerum omnium tam in-  
 uisibilium, quam visibilium creato-  
 rem ac conseruatorem condidisse pri-  
 mum hominem ad imaginem & si-  
 militudinem suam: & hanc mox in-  
 uidia fraudéque Diaboli per trans-  
 gressionem diuini mandati insinua-  
 tam & persuasam in homine oblite-  
 ratam & offuscatam fuisse: Deum ve-  
 rò pro sua immensa bonitate & cle-  
 mentia, misertum hominis sub pec-  
 catum & Diaboli potestatem venditi  
 statim à lapsu consilium arcanæ vo-  
 luntatis suæ de reparando homine  
 per semen mulieris promissum reue-  
 laffe: quam promissionem succeden-  
 tibus temporibus Deus patriarchis  
 & Prophetis renouauit, donec pleni-  
 tudo præfiniti temporis adesset: Ita  
 in nouo testamento ostenditur, nos  
 qui eramus natura filii iræ, mortui de-  
 lictis & peccatis, sub potestate princi-  
 pis huius mundi, conuiuificari vn-  
 cum Christo & renouari spiritu men-  
 tis

tis nostræ ad agnitionem veritatis  
iuxta imaginem eius qui condidit il-  
lū in iustitia & sanctitate. Spiritus er-  
go Dei sanctus, qui à lapsu derelique-  
rat hominem: per Christum restitu-  
tus est humano generi, qui per verbū  
& sacramenta nos fide charitateque  
accenderet, & obsignaret in redem-  
tionem acquisitæ possessionis per  
Christum.

Ephes. 2.

DESVMMA LEGISET EVAN  
GELII FIGVRATIS VERBIS  
*in scriptura comprehensa.*

**D**eus noster sic ad salutem anima-  
rum diuinos libros Spiritu san-  
cto moderatus est, ut non solum ma-  
nifestis pascere, sed etiam obscuris ex-  
ercere nos vellet. Quod ergo quibus  
dam scripturarum locis apertius ex-  
ponitur, id diligens & pius lector eti-  
am in alijs locis, in quibus minus ape-  
ritur, intelligat. Nec debet nobis mi-  
rum videri, quod scriptura sacra solet  
se ad aurium nostrarum infirmitatē

O s demit.

August.

83. quest.

53.

demittere, & iuxta humanam consuetudinem loqui. **Hic enim perpetuus scripturæ mos est**, teste Chrysostomo, propter nos & nostram utilitatem hu-

**Hom. 13.** manis vti verbis. Et Augustinus pro-  
in Genesi. pterea, inquit in sancta scriptura ver-  
**Contra A** bis nostris loquente, vsque ad ista eti-  
dimantum am peruentum est, quæ cùm indigna  
**cap. 13.** esse putauerint diuina maiestate, co-

gantur discere homines, etiam illa  
quæ conuenienter de ineffabili diui-  
na excellentia se dicere existimant, in-  
digna esse maiestate Dei, nihilq[ue] de  
Deo dignè dici posse, quia omnes o-  
pes linguarum omniū ineffabili sub-  
limitate præcedit: cuius sapientia cū  
descēsura esset vsque ad corpus huma-  
nū, priūs vsque ad humana verba dc-  
scendit. Quoniam ergo humana ver-  
ba ex quotidiana loquēdi cōsuetudi-  
ne notiora nobis & familiariora sunt,  
vtitur illis scriptura de reb⁹ cœlestib⁹,  
quod nōnullā ad illa sublimia præbēt  
viam, vt alibi dictū est. Omnibus cō-  
pertū est neminem hominum in hāc  
vītam temporariā venire, nisi naſca-  
tur.

tur. Quia verò prima natiuitas nostra originali peccato infecta, corruptio- ni est obnoxia: vt nemo suis viribus aut meritis, æternam vitam adipisci possit: ostendit scriptura regenera- tione opus esse. Sicut ergo duplex est vita præsens & futura: ita quoq; duæ sunt natiuitates, prior carnis, poste- rior Spiritus: Carnis natiuitas præstat vitam temporalem: regenerationem, cu- jus illa figura est, præstat vitam æter- nam. Adhèc cuni nos omnes in pecca- tis cōcepti & nati sim⁹, ideoq; natura immūdi, quamobrē nobis immundis cū Deo mūdissimo societas intercede- re negt: vt nobis aliquādo liceat Deū videre, oportet ab inquinamētis no- stris mūdari, q̄ fit per Christū, & Spi- ritum sanctū. Ita nos varijs infirmitati- bus tā animæ quām corporis subiecti sumus, à quibus nostra spōte nunquā cōualeſceremus, nisi per Christū vni- cum seruatorē, & medicū curatisana- remur. Nos sub onere multipliciū pec- catorū laborātes & pressi fatiscim⁹ ni- si nos releuet, qui dixit: Venite ad me

omnes

omnes qui laboratis & onerati estis,  
 ego requiem præstabo vobis. Nos o-  
 mnes esurimus & sitimus iustitiā: vt  
 satiemur, veniamus oportet ad fon-  
 tem aquarum viuentium, de quo di-  
 citur, si quis sitit, veniat ad me & bi-  
 bat. Nos omnes tanquam oues erra-  
 nimus, nec poteramus nostra sponte  
 redire in viam rectam ad ouile ducen-  
 tem. Oportuit igitur bonum illum  
 pastorem animarum nostrarum ouē  
 perditam quærere, & inuentam, hu-  
 merisq; impositam in stabulum por-  
 tare. Nos eramus natura labruscæ &  
 oleastri, vt participes pinguedinis o-  
 leæ & vitis veræ fieremus: oportebat  
 nos tanquam palmites & termites vi-  
 ti & radici oleæ inseri in vinea Domi-  
 ni. Nos sumus sponsa illa fusca & ni-  
 gra, nostra quidem natura non absq;  
 macula, vt tamen abstergeretur à no-  
 bis omnis macula, mundauit nos  
 Christus suo sanguine, vt exhiberet  
 nos sibi gloriosam Ecclesiam. Hæc &  
 alia id genus complura figurata repe-  
 riuntur in scriptura, quæ licet cuide-  
 tissim-

tissimam habent cognitionem: nisi  
 tamen mentis oculus purus afferatur  
 ad inuestigandum & discendum, ma-  
 net nobis visio istorum omnium, per  
 inde atque verba libri clausi vel obsi. Ies 4. 29.  
 gnati, & planè loquetur nobis Domi-  
 nus lingua peregrina & blæsa, ut non  
 intelligamus. Quid quæso euidentius  
 dici potuit, quàm quòd Christus ad  
 Nicodemum de regeneratione ad vi-  
 tam æternam necessaria dixit? Quid  
 manifestius, quàm quòd Christus Sa-  
 maritanę nō aquam visibilem, sed in-  
 visibilem promittebat? Quid magis  
 obulum & in promptu esse potuit,  
 quàm Dominum differentem de mā-  
 ducanda sua carne, bibendoque san-  
 guine, non carnaliter, sed spirituali-  
 ter loqui? Adhuc tamen & Nicode-  
 mus ille magister in Israël, & illa mu-  
 lier carnem sapiebat: nec inimici so-  
 lūm non intelligendo sermonē Chri-  
 sti sunt scandalisati: sed & discipuli  
 durum habuerunt sermonem istum.  
 Cur igitur Christus aliter non est lo-  
 cutus, quod tamen facile potuit? Au-  
 gusti-

gustinus dicit, sic oportebat ut diceretur quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum Dei intentos debet facere, non aduersos. Ipsi autem citò defecerūt talia loquente Domino. Non crediderunt aliquid magnum dicētem & verbis illis aliquam gratiam cooperientem : Sed prout voluerunt, ita intellexerunt, & more hominum, quasi posset Iesus, aut hoc disposeret, carnem, qua indutum erat verbum, veluti concisam destribuere credentibus in se. Apostolus autem dicit, & verbum dicit : Sapere secundum carnem, mors est. Et tamē verā Christi carnem spiritualiter percipere vita æterna est. Ergo nec carnē debemus sapere secundum carnem.

DE VARIETATE LOCUTIONVM IN RE EVCHA  
*ristica & concordia Euangelistarum.*

**C**ONcordiam Euangelistarum & Pauli in recensendis verbis institutionis cœnæ mysticæ, obiciunt non.

nonnulli, atque hinc colligi volunt,  
Christi verba de pane, dicentis: Hoc  
est corpus meum, non esse figuratè,  
sed omnino propriè accipienda. Nos  
verò libēter agnoscimus & damus, at-  
q; etiam retinemus & vrgemus illum  
consensum. Christus enim demonstra-  
turus & explicaturus conuiuis mense  
suæ, quid sibi panis visibilis & vinum  
propositum & ad bibendum propin-  
natum vellet, aliter quidem hoc elo-  
qui potuisset: sed noluit neque debu-  
it, ne quis cogitet, nihil aliud ibi agi,  
quam panem edi & vinum bibi. Pri-  
mum igitur visibilia elementa panis  
& vini, nouis nominibus sui corporis  
& sanguinis ornat, quod ceu μυμό-  
συνα & monumenta sui corporis &  
sanguinis nobis esse deberent: Item-  
que arrhæ & pignora visibilia inuisi-  
bilis communionis, quam cum Chri-  
sto & inter nos haberemus. Deinde  
actiones externas & visibles simili-  
ter explicat, & ad mentem refert, di-  
cens: Hoc facite in mei memoriam.  
Sicut ergo panis refert nobis Christi  
corpus,


corpus & vinum eius sanguinem: ita  
eius panis & vini potus referunt no-  
bis interiorem mentis nostræ in re-  
cordando dulcedinem & suavitatem,  
qua gustamus, quam suavis sit domi-  
nus, qui obtulit se pro nobis victi-  
mam Deo in odorem bonæ fragran-  
tiæ.

Cæterum si vsque adeò consensus  
verborum in narratione institutionis  
Eucharistiæ, vrgetur: quomodo re-  
prehensionem effugiēt Lucas & Pau-  
lus, qui de vini poculo scribunt dixi-  
se Dominum: Hoc poculum nouum  
testamentum est in meo sanguine:  
cum Matthæus & Marcus narrent Do-  
minum sic esse locutum: Hic est san-  
guis meus, qui est noui testamenti?  
Quæris vtra pars verba Christi tenuer-  
it? Certè vtroque modo Christum  
locutum esse de calice, non est verisi-  
mile: multò verò adhuc minus est co-  
gitandum, Lucam & Paulum nesci-  
uisse tenorem verborum Domini,  
quomodo videlicet sonuerint: Quid  
igitur superest, nisi vt dicamus & cre-  
damus

damus eos qui non eandem locutio-  
 nem refulerunt, eandem retulisse sen-  
 tentiam; & quod Lucas & Paulus ad  
 eandem de poculo sententiam fami-  
 liarius explicandam verba variarint?  
 Hæc autem diuersitas locutionum ad  
 hoc etiam vtilis est, hodiè maximè, ne  
 uno modo dictum, minus intelliga-  
 tur & aliter quam se res habet, inter-  
 pretetur. Singulari ergo Dei consilio  
 factum esse putemus, vt Paulus ex in-  
 stitu Spiritus sancti de vtraque parte  
 Eucharistie Christi verba variarit, sic  
 dicens: Poculum benedictionis, nonne  
 communicatio sanguinis Christi  
 est? Panis, quem frangimus, nonne  
 communicatio corporis Christi est?  
 Certè qui non videt, diuersas esse lo-  
 cutiones, panis est corpus Christi &  
 panis communicatio corporis Chri-  
 sti. Item, poculum seu calix iste est  
 nouum testamentum in Christi san-  
 guine, vel communicatio sanguinis  
 Christi, & hic est sanguis meus noui  
 testamenti. Hæc, si propriè & simpli-  
 titer accipientur, qui non videt di-

P        uersa

uersa esse, nihil videt. Oportet ergo,  
 si singulis istorum sua veritas consta-  
 re debet, ut in sensu conueniant, quæ  
 verbis discrepant: At verò, quòd di-  
 citur testamentum sanguinis Chri-  
 sti, aut eius communicatio, quomodo  
 docunque tandem inflectatur, nun-  
 quam poterit admirtere alteram il-  
 lum sensum, quem isti attribuunt vi-  
 ni poculo seu vino, nempe, quòd sit  
 realiter & substantialiter sanguis Chri-  
 sti. Alicuius enim rei testamentum  
 seu communicatio non est res ipsa,  
 sed potius designationem  
 fructus & possessionis atque iu-  
 ris illius: quam designationem  
 ac inuestituram nos facile  
 in cœna damus cum  
 Bernardo.



# LIBER QVARTVS.

DE VERBO DEI ACCE-  
DENTE AD ELEMEN-  
tum, ut existat Sacramentum.

Celebre est Augustini dictum: Accedat verbum ad elementum, & fiet sacramentū, non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manēs. Ne quis enim visibilia elemēta vel sua natura, vel hominū instituto vim sacramentorum obtinere putet: omnino requiritur ad illa Dei verbū, quod doceat nos, cuiusnā auctoritate & in quem finem externa illa in Ecclesia usurpetur, citra q̄ Dei verbum, non magis externi sacramentorum ritus, quam scenica spectacula, & ludicræ histriorum gesticulationes valerēt. Pronuntiatur autem Dei verbum circa usurpationem sacramentorum, non propter visibilia elementa, vt hæc vi pronuntiati verbi nouam substātiā acqrant, sed ppter homines usurpātes

P 2      sacra-

sacramēta recitari solet ac debet Dei verbum, ut hi intelligent, diuinam in illis erga nos voluntatem, quam qui vera fide percipiunt, his ut verbum à ministro pronuntiatum, non est sermo hominis, sed sicut verè est, sermo Dei: ita externa & visibilia signa credentibus, & amplectentibus Dei voluntatem in illis, non sunt egena clementia mundi, sed instrumenta & organa salutifera Spiritus sancti.

Cæterūm ut Dei vocatio circa sacramenta perperam obtenditur ab ijs qui res nouas (quo ad substantiam) in sacramentorum institutione iactant: cùm nouitas illa tantummodo consistat in relatione & comparatione reruni iam ante conditarum, & per se subsistentium: ita quoq; parvitate circa sacramenta postulatur eius modi fides, quæ implicitè statuat, visibilia elementa realiter id esse, quod diuina ordinatiōe ~~in nouissimis~~ esse dicuntur, vel vt cunque tandem illud ipsum sint vel esse dicantur. Quæ enim erit certitudo eius fidei, si non debet,

debet, aut etiam non potest ex verbo  
 Dei internoscere, quomodo panis &  
 vinum sint corpus & sanguis Christi,  
 vtrum per conuersionem & transsub-  
 stantiationem, vt papistæ volunt, an  
 per coëxistentiam, localemue præsen-  
 tiām, inclusionem & affixionem, an  
 per sacramentalem vnionem vel quo  
 modolibet? Si inquā, inter hęc ex diui-  
 ni verbivocatione ad elementa acce-  
 dente discerni nec debet nec potest,  
 sed simpliciter credi : Item, si nullo  
 modo & sapientia, vocatio Dei per  
 verbum efficiens, vt exelemento fiat  
 sacramentum quæri vel percipi po-  
 test : quinam fides aliquid certi asse-  
 quetur quo nitatur ? Quomodo ru-  
 diores institui aut doceri vnquam po-  
 terunt, quid de mysterio Eucharistie  
 sentiendum statuendumue sit, si vim  
 & naturam sacramentorum perspi-  
 cere non liceat? Extremæ ergo demen-  
 tiæ est disputationem ea de re quo-  
 quo modo instituere aut etiam ullius  
 rationis & sapientiae adminicula ad  
 eius rei explicationem accersere, quā

quis inuestigando consequi se posse diffidat. Nos verò aliorum dictoria nihil morati, quanquam ea leuitate nō sumus, vt de diuinis mysterijs differre ductur atque nobis permittamus: si quid tamen in veritatis diuinæ disputatione ordine tum naturæ, tum rationis, & artium adiuuari possumus, tam delicati & iniqui in dona Dei non erimus, vt illa fastidiamus.

IN CATACHRESIN  
NOMINIS SACRA-  
menti.

**N**ON est dubium, sacramenti vocatum hodie à multis alia significatione accipi, atq; à veteribus in ratione diuinorum mysteriorum usurpata fuisse legitur. Quapropter in sacramentaria disputatione ne pueriliter aut potius inaniter digladiemur, ante omnia θιάκρισις τῷ πολυτέλεῳ est adhibenda.

Principiò sacramēti vox aliud Theologis quam profanis scriptoribus significat. Licet enim vtrisq; à sacro dicitur:

catur: tamē Varroni sacramētū est pecunia ad Pōtificē deposita in pœnam iniustę litigationis: Festo Pompeio & Vegetio sacramentū est quod iurisiūrādi religione interposita gerebatur: vnde sacramentum militare erat, quo milites nomina imperatoribus dātes iurare solebant se iussa strenuè facturos, neq; deserturos militiam pro Repub. inscijs vel inuitis imperatoribus.

Theologis verò sacramēti nomen (sicut & fidei) respectu prioris significationis est ἄντισθορ. Nam & fides Ciceroni dicitur ex eo, q̄a fiat quod dictum est, & sic ad promittentem referuntur, definiturq; dictorum & conuentorum veritas & constantia: in sacris autē literis fides hominibus erga Deum attributa, non est seruantium promissa, sed potius missis diuinis credentiū. Ita mutuus quidā est recursus in significatione sacramenti, vt sit rei sacræ signum, non ea modò parte qua nos veluti iureiurando Domino exercituum in perpetuam seruitutem obligamur: Verum etiam hoc,

qua non Deus in suam familiam cooptatos visibiliter quodammodo certiores facit suæ gratiæ & hæreditatis regni promissi post hanc vitam adēundæ. Nam si sacramenta sunt signa fœderis & societatis inter Deum & homines, id quod multis modis ostēdi potest; fœderis autem conditiones eiusmodi sunt, quæ ambas partes cōpleteantur: non est indignum diuina maiestate iudicandum, si vsque cōfesse demittere credatur, ut in sacramentis perinde ac ipso verbo sese priūs, suumque amorem erga nos contestari & offerre voluerit, simulque vicissim à nobis nostrum officium stipulando requirere. Qui enim semetipsum inaniuit, forma serui sumpta factus obediens usque ad mortem crucis: quomodo dēdignaretur humano more nobiscum pascisci, seque mutuum nobis obstringere? Illi quidem hoc non erat necesse, quemadmodū nec iureiurando ad confirmandam promissionem Abrahæ factam fuit opus: nobis tamen consilij sui firmitatem

tem ostensurus, sicut interposuit iurandum, ita & foedus nobiscum visibiliter pangit, quod validiorem consolationem habeamus. Constat igitur ex magistro sententiarum, ex Augustino & sinceroris adhuc Ecclesiat doctoribus, sacramentum propriè dictum esse id, quod auctoritate instituentis Dei, præter speciem quam ingredit sensibus, facit ex se aliquid aliud inuisibilis & spiritualis gratiæ in cogitationem venire. Cuiusmodi etsi sunt externæ actiones in Dei cultu, ut in baptismo ablutio, in cœna manducatio panis & vini bibitio: nescio tamen quo pacto usitatum fuit in Ecclesia, visibilia clementa aquam scilicet, panem atque vinum, à vulgari & profano in sanctiorem usum verbo Dei ostensum destinata, sacramentorum nomine appellari. Quicquid ergo ex mandato institutoque Dei forinsecus adhibetur aut geritur in Ecclesia ad inuisibilem aliquam gratiam & rem sacram designandam, id ratione sacramenti habere rectè & propriè

P 5 dicitur.

dicitur. Vnde colligitur in Eucharistia, panem quem frangimus, & poculum quo benedicimus, propriè sacramenta esse & vocari. At corpus ipsum & sanguis ipse Christi, aut utriusq; vera communicatio (cum nihil istorum pateat sensibus) non possunt ipsa sacramentorum loco appellatione deputari, nisi forte corpus Christi naturale respectu corporis mystici, quod est Ecclesia, pro sacramento cum Petro Lombarde accipere libeat: aut sacramenti vocabulum latissima significatione per Metalepsin pro re arca na quis velit ponere. Sic enim apud Græcos mysterij vox, quam latinus interpres sacramētū vertere solitus est, in scriptura usurpatur, sicut Paulus vocationem gentium vocat mysterium à seculis incognitum: quo etiam sensu Christi & Ecclesiæ consociatio in matrimonio adumbrata, mysterium & sacramentum appellatur. Nos vero hoc loco retinentes usitatam sacramenti significationem & distinctionem inter sacramentum & rem seu virtutem

virtutem sacramenti, excludimus re-  
liquas omnes sacramenti significatio-  
nes, propter sophismata, quibus non-  
nulli in hac causa tum se, tum alios  
fallere consueuerunt. Postquam ergo  
de vocabulo satis ( ut opinor, si non  
plus satis ) dictum est, proximum est  
ut ad rei ipsius naturam exquirendam  
accedamus.

**IN QVO RERVM ORDI-  
NE SACRAMENTA  
*collocentur.***

**C**VR signa sint res, quarum omnis  
usus in significando est positus,  
licet etenus, quatenus per se subsi-  
stunt inter τὰ ὑφεσικότα referantur: ta-  
men quia hoc loco in illis spectatur,  
non quod sunt, sed potius quod signi-  
flicant: Certum est illa pertinere ad or-  
dinem eorum quae latine relativa,  
græcè τὰ πρότι vocantur. Referuntur  
enim & respiciunt ad aliquid aliud  
quam quod sunt, nempe ad res signi-  
ficas. Res igitur sensibiles in sacra-  
mentis,

mentis, ut aqua in Baptismo, panis &  
 vinum in cœna, sunt πρός τι & signa  
 quorum vnumquodque suum habet  
 ἀντίστροφον, quod ex altera parte illi re-  
 spondeat, quæ non in sensus exterio-  
 res, sed de intuitu signorum, in intel-  
 ligentiam hominis incurunt. Tria  
 verò in omnibus relatiis spectari so-  
 lent, fundandum, terminus & re-  
 latio, quæ est fundamenti ad termi-  
 num applicatio. Fundamentum in  
 scholis dicitur illud à quo oritur rela-  
 tio, ut in Eucharistia, si à sensibilibus  
 & visibilibus signis incipias, panis &  
 vinum fundamenti vicem tenent: ter-  
 minus ad quem fit relatio, ut panis re-  
 spicit corpus Christi, vinum respicit  
 Christi sanguinem: relatio seu affe-  
 ctio quam panis & vinum ad corpus  
 & sanguinem Christi habent, est signi-  
 ficatio diuinitus illis imposita, quam  
 alias sacramentalem vniōnem appel-  
 lant, ut panis verbo Dei in hunc vsum  
 ascitus & assūtus, & aspectu & nun-  
 cupatione, & usurpatione, panem cœ-  
 lestem faciat nobis in cogitationem  
 venire,

venire, iuxta mādatum Domini: Hoc facite in mei memoriam. Cūm igitur pius & fidelis homo audit panem vi-sibilem, tam honorifico titulo corpo-ris Christi sibi dāri manducandum: continuò cogitare debet, Christi cor-pus pro nobis traditum, præberi sibi vescendum & perfruendum, sed fidei manibus, ori, dentibus, palato, gut-turi, intestinis, non autem corporeis organis: haud tamen minus certò il-lud, quām panis visibilis sensibiliter p̄t̄abetur ori, & stomacho.

Ex iam dictis perspicuum est, non posse nisi ineptissimè cōmunicatio-nē corporis & sanguinis Christi pro fundamento relationis in Euchari-stia iuxta panem & vinum poni, quia nimirum relationis illius est terminus. Et rursus æquè infulfere relatio iudicatur id, quod relationis est causa, nempe diuina ordinatio seu vocatio adiiciens pani & vino hanc gratiam, vt referant nobis corpus & sanguinē Christi: Quod vtique ex se & sua spon-te vel natura non facerent, nisi in hūc finem

finem à Domino destinarentur. Oritur ergo & promanat relatio inter fundatum & terminum Eucharistiae ex diuina institutione: ut hæc sit causa γεννητική, res instituta sit γεννητή. Sin vocatio accipiatur pro munere & officio visibilibus signis adiuncto: tunc coincidit cum relatione vocatio: hoc tantum interest, quod vocatio respectu vocantis & rei vocatae, relatio inter res ipsas mutuò consideratas spectatur, & ad vocantem passiuè se habet in rebus ipsis reciprocè.

Quòd autem nonnulli contendunt, sacramentalem vniōnem amplius & diuinius quiddam esse, quam significationem, egregiè hallucinantur: Quamuis quam efficacissimam esse hanc significationem sacramentalem, ipsius videlicet non tantum cognoscendæ, sed etiam percipiendæ & communicandæ rei significatæ causa institutam fateamur. Nam certè corporalia sacraenta nihil sunt aliud, quam quasi quedam verba visibilia,

lia, quibus Deus oculis & reliquis  
sensibus nostris loquitur & concio-  
natur quodammodo. Nulla vox au-  
tem significativa, quæ saltem alicui  
us certæ rei sit nota, intelligi potest  
absque illa, quam significat: & li-  
cet eam substantialiter & realiter sibi  
præsentem adiunctam vel connex-  
am non habeat: significatione tamen  
tam arctè cohæret rei, ut simulac vox  
insonuerit auribus hominis attenti,  
& intelligentis, mox illi res quoque  
significata sit præstò saltem intelle-  
ctui, cui fit significatio, non sensui.  
Nam sensus quidem sonum percipit,  
intellectus verò apprehendit rem si-  
gnificantam, cuius nota est res signifi-  
cans.

CVR SACRAMENTA DL  
CANTVR VISIBI,  
*lia uerba.*

ELEGANTi prosopopœia regius  
Propheta cœlestibus creaturis  
idioma

idioma attribuit nullis nationibus in  
 cognitum, quod euidentior illic ex-  
 stat diuinitatis testificatio, quam ut  
 præterire gentis ullius vel obtusissi-  
 max cōsiderationem debeat. Deinde,  
 postquam commemorauit ab ordi-  
 nata dierum noctiumque ferie maie-  
 statem Dei prædicari, mox ad verbi  
 mentionem descendit, significans il-  
 lam esse vniuersalem omnium insti-  
 tutionem, hanc verò peculiarem fi-  
 liorum Dei scholam, in qua tamen  
 non uno modo docentur homines.  
 Non enim dictis solūm, sed & factis lo-  
 quitur nobis Deus in sacris literis.  
 Hinc Augustinus, facta Christi inquit,  
 genera sunt locutionum. Nam cùm  
 ex innumerabili multitudine signo-  
 rum, quibus suas cogitationes homi-  
 nes exerunt, verba prorsus obtinue-  
 rint principatum significandi inter  
 homines, quod reliqua omnia verbis  
 enuntiari possunt, verba verò reliquis  
 signis nullo modo, nisi quod verbis  
 adiuncta & exposita signa reliqua lu-  
 cem & pondus afferunt: hinc per ex-  
 cellenti-

Excellentiam, nutus oculorum, & ma-  
 num aliorumque membrorum mo-  
 tus, visibilia verba dicuntur, quod per  
 ista cum oculis nostris homines quasi  
 fabulantur. Verba enim auribus cō-  
 parata, per se ipsa oculis aut cæteris  
 sensibus subijci nequeūt, nisi per alia  
 quædam signa singulis in suo genere  
 sensibus conuenientia. Cùm igitur  
 vndique velit Deus nos suæ voluntati  
 certiores reddere, non tantum  
 verbum suum auribus nostris instil-  
 lat, sed etiā per literas & figuratas, quasi  
 hieroglyphicas, & per rerum sacrarū  
 signa nobiscum loquitur & pacisci-  
 tur pro more hominibus noto atq;  
 vsitato. Idcirco rectè idem Augusti-  
 nus scripsit in nullum nomē religio-  
 nis seu verum seu falsum coagulari  
 homines posse, nisi aliquo signaculo-  
 rum vel sacramentorum visibilium  
 consortio colligentur: quorum, ins-  
 quit, sacramentorum vis inenarrabi-  
 liter valet plurimum, & ideo  
 contemta, sacrilegos  
 facit, &c.

DE VVLGARI DEFI-  
NITIONE SA-  
cramenti.

**Q**UANDOQUIDEM hoc tempore nonnulli non verentur sacramenti definitionem in Ecclesia receptam reprehendere, quæ tamē haec tenus assensum etiam eorum, cōtra quos maximē fecit (quævis est veritatis) meruit: operæ pretium est, ut de illa quoque hoc loco nonnihil dicamus. Definitur autem sacramentum vulgo, in uisibilis gratiæ visibile signum: cui qui detrahere conantur, decesse dicūt, quod in sacramentis debeat esse præcipuum, nempe Dei verbum, quo accedente ad elementum sit sacramentum. Quasi verò primus auctor istius definitionis non viderit, quid ad plenam perfectamque definiendi rationem requiratur: nempe ut constet generere proximo & proprijs differentijs. Nónne verò sacramentum rei sacræ est signum? Quænam autem sit illa res sacra, nónne inuisibilis gratia, fastis de-

tis declarat? Quænā autem alia quām  
 Dei gratia hīc est intelligenda? Ecquis  
 porrò nobis Dei gratiam certius obsi-  
 gnet, quām ipsem̄t Deus? Si ergo sa-  
 cramentū est inuisibilis gratię visibile  
 signū, gratiæ vox abundē insinuat, φ  
 reprehensorēs temerē querūtur defi-  
 nitioni deesse. Hęc enim differētia di-  
 stinguit etiā sacramenta à cōteris si-  
 gnis, q̄ diuinit̄ instituta nō sunt: cūm  
 que Dei verbū similiter diuinę volūta-  
 tis signū sit; hoc inter verbū & sacra-  
 mētum interest; φ sacramentū est vi-  
 sibile, verbū aut̄itui est expositū: Hoc  
 vno excepto, quicquid potentia & ef-  
 ficacię diuinę verbō & scripturę sacrę  
 tribui solet, idem de sacramētis intel-  
 ligi dēbet: vnde & sacramēta visibilia  
 verba nūcupata sunt. Habent enim sa-  
 cramenta expressam significationem  
 adiunctam pr̄cipuorum capitum le-  
 gis & Euangelij. Sic baptismus immū-  
 ditiem nobis ex prima nativitate in-  
 natam, vel hoc solo pr̄sefert, quod  
 ablutionem peccatorum & regenera-  
 tionis gratiam apertissimè ostendit.

Cœna Domini requirendo interioris hominis famem & sitim, quæ ex inopia propriæ iustitiae excitatur, legis officium in nobis perficit: & faciem ex obedientia & iustitia Christi, quæ Euāgelio permittitur, offert. Cū igitur vtrumq; opus sit Spiritus sancti, sentire peccata propria, & agnoscere corundē remissionem per Christum acquisitam, recte vtrumque sub inuisibili gratia comprehēditur: quæ cū aptissima euidentissimaq; ratione in vtroq; sacramentorum genere significetur: nodum is sanè in scirpo quærerit, qui sacramentum inuisibilis gratiæ, visibile signum dici non sinit.

Sed non est obscurum, cur usque ad eō receptæ definitioni sint infensi: quia nimirum hæc falsis ipsorum dogmatibus de Eucharistia maximè aduersatur. Primum enim si sacramentum est signum, & signum est res, quæ incurrens in aliquem sensuum, facit ex se aliquid aliud in cogitatione venire: omnino panis & vinū Eucharistiæ signa erunt & sacramenta. Ideoq; ex in-

ex instituto Christi, facere debent ali-  
qd aliud in cogitationē venire, panis  
videlicet Christi corpus, vinum Chri-  
sti sanguinem. Quod si in cogitatio-  
nem ista veniunt, falsum est, quod vo-  
lunt aduersarij, res significatas in os  
corporeū ingredi: falsum item, quod  
quibusuis etiā, quibus in cogitatio-  
nem Christi corpus & sanguis non ve-  
niunt, sumentibus panem & vinum,  
dicunt verum Christi corpus & san-  
guinem eque ac fidelibus accipi in sa-  
cramentorum vsu. Falsum denique &  
hoc est, quod Christi corpus & san-  
guinem pariter cum pane & vino sub  
 nomine sacramenti volunt intelligi.  
Nam si corpus & sanguis Christi sacra-  
menta & signa haberentur in coena,  
oporteret illa ingeri sensibus exteriori-  
bus, quod quia non fit, perperam il-  
la sacramenta dicuntur. Interim ta-  
men verum est, corpus & sanguinem  
Domini in recto Eucharistia vnu in  
cogitationem vtentibus venire, idq;  
piè & religiose: quo etiam sensu,  
vt mox dicemus, res cœlestes, id est,

ipsum corpus & ipse sanguis Christi  
dicuntur altera pars Eucharistiae, nem  
pe, non quod sacramenta sint, nec i-  
psius signi pars vlla: sed quia signa pa-  
nis & vini eò nos deducunt, cuius si-  
gna sunt.

### DE PARTITIONE SA- CRAVENTI.

**E**x definitione sacramenti modò  
posita, duæ sacramenti partes, eo  
quem diximus sensu, manifestè colli-  
guntur, quarum vna est res sensibilis  
& signum, altera intelligibilis & res  
significata. In veteri testamento cir-  
cuncisio carnis, erat signum interio-  
ris circumcisionis, quæ spiritu sit non  
manibus. Sacrificia immaculatorum  
animalium Deus sibi olim iussit offer-  
ri ad prophetandum talibus significa-  
tionibus, quod ita speraretur immo-  
landus esse pro nobis, qui solus im-  
maculatus futurus erat à peccatis: pa-  
schalis agnus significabat agnum Dei  
tollentem peccata mundi: visibilis  
ablutio.

ablutio per aquam Baptismi significat purgationem à delictis per Christum in nobis perficiendam: Visibilis māducatio panis, significat nos Christo ipsi vnitos inuisibiliter intus saginari & satiari obedientia & iustitia ipsius, quæ eiusdem corpore pro nobis tradito & sanguine pro nobis in remissionem peccatorum effuso, nobis parta communicatur.

Quemadmodū autem due istæ partes in reliquis omnibus sacramentis connexæ sunt: ita quoq; in Eucharistia easdē coniunctas esse necesse est: connexio illa naturalis non est, quod ad substantiarum diuersarum coadulationem: sed est planè intellectualis, qualis signorum & rerum significatarum solet esse vnio: quæ inter dantem & accipientem tum demū est firmissima, quūm vterque bona fide agit. Nam si is qui dat signum, mentitur (quod ab hominibus mēdacio obnoxijs crebrò fit) etiam sī tunc alter qui signum accipit, putet rem significatam simul prēstō esse, vereque exhibe-

Q + berik

peri: decipitur tamen & frustratur  
 significante. Et rursus, si ipse signifi-  
 cator maximè sit verax & constans in  
 seruandis promissis, nisi alter, cui fit  
 missio & oblatio, fidem habeat  
 pmittenti, & accipiat quod offertur:  
 manet quidem significatio integra à  
 parte significantis, licet ab eo cui fit  
 significatio, negligatur aut non per-  
 cipiatur. Quum igitur Deus & Chri-  
 stus sacramentorum auctor nūquam  
 fallat, quin quod significat, præstet: à  
 parte Dei nihil est periculi: nos verò  
 nisi intelligamus in signis Dei volun-  
 tam significatam, quomodo eam  
 percipere possumus? Omnino igitur  
 intelligentia & fide in adultis ad res  
 significatas p̄cipiendas est opus. Nam  
 significatio quidem ab accipiente nō  
 pendet, sed potius ab eo, qui signum  
 dat: quia verò in hunc finem datur si-  
 gnum, vt traiiciatur in alterius ani-  
 mum id, quod in animo gerit is, qui  
 dat signum, si alter auertat animum  
 & cogitationem ab eo, quod ab in-  
 tuitu & ysu signi venire debebat in  
 mentem:

mentem: non potest illud, quod si-  
gnificatur, in animum traiici. Interim  
nihilominus à parte significantis per  
se valida & integra est significatio: ut  
ut abutenti sit inefficax & inutilis.

## LIBER QVINTVS.

### DE NOTATIONE EV. CHARISTIAE.

**E**Vcharistia nomen græcum indi-  
tum est sacramento cœnæ Domi-  
nicæ, à præcipuo eius fine propter  
quem cœna instituta est, siquidem  
spectemus quid Deo offeramus, hoc  
est, à gratiarum actione & grata com-  
memoratione seu annuntiatione &  
celebratione passionis mortisque do-  
minicæ, quæ solenne est testimoniu-  
m, & monumentum in Ecclesia re-  
demtionis nostræ per Christum par-  
tæ. Inde etiam Paulus alterum Eucha-  
ristia symbolū vocat poculū *υλογιας*  
id est benedictionis hebraica phrasí,  
quod participantes mensa dominica

Q 5      gratias

gratias agunt & laudant Deum pro  
 immensa bonitate in Christo exhibi-  
 ta. Testatur ipsa quoq; Eucharistia in-  
 stitutio, Dominum & ante & intra &  
 post cœnam mysticam Deo gratias e-  
 gisse, quod aliâs dicitur benedixisse, a-  
 liâs consecrâsse, non quidem magico  
 more, ut superstitiosi homines existi-  
 mant: sed imitatu digna commenda-  
 tione, qua nos inuitare voluit ad simi-  
 lem grati animi significationem, quo  
 ties mensam ipsius accessuri essemus.  
 Hæc enim vera est sanctificatio & con-  
 secratio panis & vini in Cœna. Nam si  
 vsus corporalis cibi & potus fit san-  
 ctus & Deo placens, quando ex fide &  
 præscripto verbi Dei cum gratiarum  
 actione & petitione diuini auxilij in-  
 stituitur iuxta doctrinam Apostoli:  
 quantò magis cœna mystica per gra-  
 tiarum actionem nostram ex fide fa-  
 ñtam sanctificatur, vbi non solum pro  
 munere corporali, id est, refectionis  
 alimento verum etiam pro munere  
 spirituali, id est, sacramento religionis  
 atq; adeò pro cunctis beneficijs cum  
 Christo

Christo oblatis, gratias agimus? Hinc  
 Chrysost. hom. 26. in Matthæum. Op-  
 tima beneficiorum custos est ipsa me-  
 moria & perpetua gratiarum confes-  
 sio. Propterea reuerenda ac salutaria  
 illa mysteria, quæ omni certè Ecclesiæ  
 congregatiōne celebramus, Eucha-  
 ristia nuncupantur. Sunt enim benefi-  
 ciorum recordatio plurimorum, ca-  
 putque ipsum diuinæ erga nos chari-  
 tatis ostendunt, nosq; faciunt debi-  
 tas Deo gratias semper exoluere. Idē  
 Hom. 24. in I. Epistolam ad Corin-  
 thios. Quum benedictionem dico,  
 Eucharistiam dico & dicendo Eucha-  
 ristiam, omnem benignitatis Dei  
 thesaurum aperio, & magna illa mu-  
 nera commemoro, quæ consequuti-  
 sumus &c. quod humanum genus er-  
 rore liberauit, & spem nullam haben-  
 tes fratres & confortes suos ascripsit,  
 his & cæteris huiusmodi gratiarum a-  
 ctionibus accedimus. Ad hanc gratia-  
 rū actionem allusit Apostolus istis ver-  
 bis: Quotiescūq; comederitis panem  
 hūc, & poculū hoc biberitis, mortē Do-  
 mini

mini annuntiate, donec venerit. Vult enim vsq; ad finem mundi solennem hanc passionis mortisque dominicæ celebrationem & memoriam in Ecclesia extare.

Altera vox græca Synaxeos sicut & κοινωνίας, & latinum communionis vocabulum, societatem congregatorum fidelium, non tantum participacione, & acceptione filij Dei per unitatem corporis & sanguinis eius, cum illo coalescere in unum corpus, sed etiam unitate inter se communicare, tanquam viuis corporis membra, significat & ostendit. Vnde Chrysostomus: Quidnam significat panis? Corpus Christi. Quid autem fiunt qui accipiunt? Corpus Christi? Non multa, sed unum corpus. Quemadmodum enim panis ex multis granis unitur: ita nos in unicem in Christo coniungimur. Inde quoque pacis sacramentum hoc sacramentum rectissime dicitur à Chrysostomo. Principio enim nos pacem erga Deum per Dominum nostrum Iesum Christum habere

bere gloriamur: deinde & paci in Ec-  
clesia colendæ cum reliquis corporis  
Christi membris nos offerimus & de-  
uouemus.

Sacrificij vox de Eucharistiæ sacra-  
mento impropria est, si ad Christi cor-  
pus & sanguinem referatur: quia hæc  
semel oblata in cruce, non immolan-  
tur, sacrificantur aut offeruntur Deo  
amplius, sed iam illi à nobis tanquam  
redemptionis nostræ premium ac pro-  
pitiatorium, contra intentionem  
omnem criminum nostrorum, obi-  
ciuntur, iuxta illud: Si Deus pro no-  
bis quis contra nos? Si ergo sacrifici-  
um laudis intelligamus, aut propter  
memoriam sacrificij, quo in cruce  
Christi sanguis pro nobis effusus est,  
hoc sacramentum cœna, sacrificium  
appellare libeat, tolerari usus istius  
vocis hac in re potest: quemadmodū  
& vulgaris appellatio sacramenti al-  
taris, aliter apud Christianos locum  
habere nequit, nisi quatenus in cœna  
Domini commemoratur, quomodo  
unicus & summus noster Sacerdos  
Christus

Christus Iesus in ara crucis tradidit  
semetipsum pro nobis oblationem  
& uictimam Deo: pòst quam immo-  
lationem vt nullam aliam agnoscim-  
us: ita nec alium sacerdotem nec  
aram aliam ferre, aut requirere debe-  
mus.

Rectius autem mensa Domini pro  
altari à nobis usurpatum, quòd in hac  
nobis proponuntur vescenda, quæ in  
ara crucis nobis præparata fuerunt.  
Ut enim caro agni pàschalis cruda  
non debuit comediri, sed igni assa: ita  
Christi caro in cruce tosta, datur  
nobis comedenda, quæ aliâs non  
saperet, nisi igne amoris accensa pro  
nobis spontaneam mortem subijs-  
set.

Cœna Domini inde nomen sorti-  
ta est, quòd Christus sub vesperam,  
hoc est, in vltima ætate mundi se i-  
psum immolatum tradidit conuiuis  
mensæ suæ manducandum: eò quòd  
nunc maius atque certius est gaudi-  
um nostrum, posteaquam Christum  
venisse, & quæ pro nobis erant facien-  
da;

da, compleuisse cognouimus. In quo  
 perspicua cernitur nostrorum sacra-  
 mentorum differentia à veteris testa-  
 menti mysterijs, quæ tum obscurita-  
 te sua venturam satisfactionem vela-  
 bant, tum multitudine & graui ope-  
 ratione, atque iugo adhuc duræ cer-  
 uicis & carni dedito populo congrue-  
 bant: tempore verò noui testamenti,  
 postequam resurrectione Domini  
 nostri manifestissimum indicium no-  
 stræ libertatis illuxit iustitia fidei re-  
 tuelata, & iugo seruitutis filijs Dei in  
 libertatem vocatis ablato, pauca quæ  
 dam signa pro multis, eademq[ue] fa-  
 ctu facilima, & intellectu augustissi-  
 ma, & obseruatiōe castissima ipse Do-  
 minus & apostolica tradidit disci-  
 plina. Nec enim in Baptismo sicut  
 in circumcisione cruentatur caro no-  
 stra: sed postquam Christus cruen-  
 tatus & occisus est pro nobis omni-  
 bus, cessant nunc cruenta illa myste-  
 ria, & in horum locum successerunt  
 talia, quæ nunc perfruptioni nostræ  
 melius seruiunt significanda, donec

omnis

**O**mnis abolebitur significatio in extre-  
mo die. Habent ergo nostra quo-  
que sacramenta adhuc aliquid vela-  
tum, quod in membris corporis Christi  
reuelari tandem oportebit, ubi sie-  
mus filio Dei in gloria quodammodo  
conformes. Tunc perpetuò seria-  
bimur & epulabimur in Domino,  
quod modò per speculum à nobis sit  
in ænigmate.

### DE DEFINITIONE EV- CHARISTIAE.

**C**Vm difficultatum sit rectè defini-  
re, ego vix ausim promittere e-  
am Eucharistiæ definitionem, in qua  
nihil prorsus, hoc tempore præser-  
tim, à nasutis hominibus desidere-  
tur: Tentandum est tamen vel crassa  
Minerua, ut de tanto mysterio nostras  
cogitationes sanæ fidei congruas ex-  
ponamus. Est itaq; Eucharistia mne-  
mosynon seu monumentum saluti-  
feræ mortis Christi, quo Spiritus Dei  
sanctus obsignat nostram cum ipso  
Christo

Christo coniunctionem, ac proinde  
conseruat & auget in nobis fidem,  
charitatem & spem, ut in hoc seculo  
Christus in dies magis magisque in  
nobis viuat, & nos ad æternam vitam  
instauret.

Quod ad genus in definitione posi-  
tum attinet, unum quidem tempus  
illud maximè respicio, nempe præte-  
ritum, quia præteritarum retum est  
memoria, & passio & mors Christi pri-  
dem præteriit, cuius recordatio mul-  
tis nominibus nobis dulcis, utilis &  
necessaria est. Cum tamen salutifera  
ista commemoratio dicitur, comple-  
titur etiam tempus præsens, & futu-  
rum. De præterito non est dubium,  
quoniam genus in definitione rectè sit posi-  
tum: Præterquam enim, quod Do-  
minus expressè in cœnæ celebratione  
requirit suæ passionis mortisque me-  
moriæ: ex eo etiam id colligi po-  
test, quod cœna Domini in locum a-  
gni paschalis successit. Quemadmo-  
dum igitur Deus olim redemtionem  
Ægyptiacam memorie consecravit

R ad p.

ad posteritatis commonefactionem:  
ita Christus humani generis libera-  
tionem morte ipsius peractam, pro-  
pagari voluit ad posteros nō tantum  
literis proditam, sed etiam visibilibus  
sacramentis commendatam.

Cùm dicitur monumentum salu-  
tiferæ mortis Christi, materia simul  
& forma & finalis causa ostenditur.  
Signa enim externa cœnæ Dominicæ,  
materiæ locum occupant: quæ cùm  
faciunt in cogitationem venire cor-  
pus & sanguinem Domini ex institu-  
to Christi: forma hæc dat esse rei, ut  
propter hanc materia ipsa formæ no-  
men induat. Quia verò salutaris est  
nobis corporis & sanguinis Christi  
communicatio, finalis causa expri-  
mitur. Denique mentione Spiritus  
sancti excitantis in nobis istam me-  
moriā causâ efficiens comprehen-  
ditur. Reliqua adiuncta vsum cœ-  
næ & in præsenti, & in futu-  
ra vita ostendunt.

DE PAR.

DE PARTIBVS EVCHA  
RISTIAE.

**E**X Irenæo & Augustino vulgo notū est, Eucharistiam duabus rebus, terrena, id est, pane & vino, & cœlesti, id est, corpore & sanguine Christi constare. Panis & vinum fundamenti loco habentur, corpus & sanguis Christi sunt terminus. Iuxta hæc duo reliqua omnia in Eucharistia consideranda & diducenda sunt: atque hæc partitio non tantum conuenit cum partitione reliquorum sacramentorum omnium, sed etiam planè testimoniū accipit à verbis institutionis. Cùm enim Dominus porrexit discipulis panē edendū, poculumque bibendū, quis dubitet hæc terrena & sensibus exposita esse? Cùm verò nominat corpus & sanguinem suum, & panem edi, vinumque bibi vult in sui memoriam: quis non intelligat hæc cœlestia & mentis apprehensioni seu fidei conuenientia esse? Si quis iam concedat, corpus quoque ipsum R. 2 Christi

Christi edi & sanguinem bibi, omnino id est concedendum, Spiritualiter intellectu: sic tamen ut hoc non peculiarem quandam Eucharistiae partem constituat nec rem cœlestem cum terrena confundat: sed eus corporis Christi & potus sanguinis eius ad memoriam ibi peragendam referatur, quæ non est leuis aut perfunctoria, sponte sese offerens, & mox euane scens, sed exquisita, solida, fructuosa, bene perspecta & cognita. Recordandi enim dulcedine ad os cogitationis nostræ reuocatur, quod Christi corpus pro nobis traditum, & sanguis effusus in remissionem peccatorum, nobis in cibū & potum æternæ vitæ detur: quod quidem serio cogitari absque insigni fructu nunquam potest. Qua propter mirandi sunt aduersarij, qui rem tantam usque adeò extenuent.

Quod autem duplicem faciunt vari corporis Christi mandationem, corporalem unam, que cum esu visibilis panis sit coniuncta: alteram spiritua-

ritualem, quam & nos ponimus. In priori non parum hallucinantur. Primum enim non attendunt, aut potius attendere nolunt, visibile clementum panis appellari nomine corporis Christi, ut cum in altari iacere, in terram cadere corpus Christi, & sanguis euomi dicitur. Deinde separant corpus & sanguinem Christi a sua virtute contra naturam, & Dei verbum, ac interim cum pane & vino realiter coniungunt, cum non nisi sacramentaliter vniuantur. Tertiò fingunt corporis Christi mandationem corporalem nostræ imbecillitati subleuandæ servire: quod utique de usu symbolorum rectè dicitur, de rebus significatis non item. Nam corporalis illa mandatio corporis Christi, non magis obuia est vel sensui vel intellectui, quam spiritualis: nisi forte quia corpus & sanguis Christi nominatim exprimuntur, idcirco quis putet nostram iuuari imbecillitatem. Quasi verò pius homo tam honorificam nūcupationem audiens symbolis exter-

nis attributam, nō citius cogitet animo per fidem se corpus & sanguinem Christi sumere, quām os hominis illa sentiat vel p̄cipiat. Quomodo cñim os statuere potest, se illa percipere, nisi fide? Si igitur fide opus est æquè ad corporalem, ac ad spiritualem manducationem: equidem non video, quomodo corporalis manducatio facilior & magis obuia homini esse queat, quām spiritualis, præsertim cùm fides ipsa, vt pote res spiritualis, sit in animo non in ore.

Coguntur ergo aduersarij, vt tueantur suas de Eucharistia opiniones, & res nouas in naturam inuehere, & nouas quoque ferum definitiones & partitiones comminisci. Non enim amplius sinent signa dici res in sensus incurrenres, & ex se facientes aliquid aliud in cogitationem venire: sed ea quoq; erunt illis signa, quæ tantummodo in mentem veniunt. Non enim puto illos tam impudentes fore, vt faciant, corpus & sanguinem

nem Domini sensibus ingeri in usum  
cœnæ mysticæ: quod semel quidem  
factum esse in prima cœnæ institu-  
tione, cum præsentem Dominum in-  
tuerentur discipuli, nunc verò non  
amplius fieri, palam est.

DE COGNITIONE NOSTRI,  
PER SPIRITVM SANCTVM  
*excitanda in Euchas-  
ristia.*

**I**N testificatione, qua Spiritus san-  
ctus mundum conuincere & coar-  
guere debuit, ordine prima est com-  
monefactio de peccato & indigentia  
gloriae, & propriæ iustitiae, sub quam  
conclusit Deus omnes, ut omnium Iohann. 16.  
Rom. 11.  
misereretur, & necessitas dati media-  
toris à nobis intelligeretur. Vnde &  
lex Dei pædagogus noster esse dici-  
tur ad Christum: ut quod illa infir-  
mata in nobis per carnem efficere & Rom. 8.  
præstare non poterat, id consequere.

mur per Christum. Hoc ipsum pul-  
 cherrima allusione in sacramentis a-  
 dumbratur. Ut enim regenerationis  
 lauacrum, vitiositatem primæ nativi-  
 tatis, nostra abluenda immundicie  
 præ se fert; sic quoque cœna Domini,  
 fame sitiique iustitiæ à nobis requiren-  
 da nihil aliud innuit, quām nostram  
 egestatem, Cūm enim cibo & potu id  
 appetant homines, vt neque esuri-  
 ant, neque sitiant; omnino qui ad  
 mensā dominicam accedunt, a-  
 gnosceret & fateri debent, se vsq; adeò  
 iustitia vacuos & exhaustos esse, vt  
 præ fame sitiique deficere cogantur,  
 nisi aliunde satientur. Est ergo hæc  
 perspicua cœnæ sacræ cum lege Dei  
 conuenientia, quod ante omnia pro-  
 priæ iniustitiæ nos admonet, & ca-  
 quoque parte iram Dei ostendit ad-  
 uersus peccata & presentissimam per-  
 niciem, nisi ad eum, qui panis est vita,  
 accurramus, & confugiamus, vt eius  
 obedientia & iustitia refocillemur:  
 quæ nimirum conuersio[n]is nostræ ad  
 Deum initia, si in lege & verbo Dei

NON

non negligenda putamus, quomodo  
in sacramentis vilia, nihili, & nullius  
pretij vel momenti ducamus? Non  
est opus hoc loco recensendis tot cō-  
modis, quot recta nostrimēt ipso-  
rum cognitio adiuncta habet diuti-  
ūs immorari: quæ si iure magnifican-  
da sunt: agamus & nos hoc nomi-  
ne gratias Dco, quòd tot modis in co-  
gnitionem veritatis adducere nos vo-  
luit, nihilque intentatum relinque-  
re, quod ad nostram doctrinam per-  
tineret.

DE IVSTITIA FIDEI PER  
CHRISTVM IN EVCHA<sup>o</sup>  
*ristia nobiscum communicata.*

Christus esurientibus, sítientibus-  
que iustitiam promittens satu-  
ritatem & beatitudinem, vtrumque  
significat, & quòd nemo famem & si-  
tim illam in nobis restinguat, nisi  
ipse, cuius caro verè est cibus, & san-  
guis verè potus, & quòd ibi tandem  
vbi pax erit, & vnitas plena, & nulla

R s egestas,

1. Cor. 5. **e**gestas, satietas promissa perficietur.  
 Quamdiu enim peregrinamur à Domino ut cunque meditatione verbi &  
 usu sacramentorum nos ipsos identidem reficimus, & consolamur, quod  
 sanè gaudium, saginam aliquam ex Christi corpore pro nobis tradito, &  
 sanguine pro nobis in remissionem peccatorum effuso, pro ratione huius  
 vitæ repræsentat: sed ibi demum implebitur, ubi nos cibus & potus iste  
 immortales & incorruptibiles faciet. Interim igitur ad venturam vitam &  
 beatitudinem instauramur: atq; idcirco usum cœnæ dominicæ iterare  
 iubemur, donec dies redemtionis nostræ ad plenum, sub aduentum Domini  
 secundum illuxerit. Si enim semel sumto illo cibo & potu, perfectè sa-  
 turaremur in usu Eucharistiae: tunc non  
 amplius ad mensam Domini accede-  
 re nobis foret opus. Quare vel hoc so-  
 lo ostendimus æternam saturitatem  
 nondum adesse, sed adhuc expectari:  
 quandoquidem quod in Christo capite nostro iam completum esse te-  
 stamus,

stamur, idem in nobis per eundem complendum, completum iri speramus. Iustitiam ergo Christi nostram esse credimus, & obedientiam illius Deo patri iam olim præstitam, nunc autem per verbum fidei & sacramenta nobiscum communicatam.

Cæterùm non hac tantùm partē gratiam Dei in Christo, quam Euangelium nobis annuntiat, Eucharistia comprobat, quòd remissionem peccatorum & expiationem & satisfactionem per Christi sanguinem, passionem & mortem prædicat: verū etiam catenus est Euangelica, quatenus docet Christum in nobis habitare, atque manere velle, ut in illo rectè viuere in hoc sæculo incipiamus, & per eundem ad æternam vitam perducamur. Nam vt corporis labores à nobis sustineri ac perfici nequeunt, nisi vires eius cibo potuque reparentur: (sicut de Elia scriptum legitur, eum virtute illius cibi, quem Angelus Domini subministrarat, multum itineris confecisse vsque ad montem Dei)

Dei) Ita nos ambulātes in peregrinā-  
tione huius vitæ, & alios quoscūq; la-  
bores à Deo nobis impositos, nostris  
virib⁹ exeq neqm̄us, nisi Christus ro-  
bur nobis suppeditet suo spiritu. Hoc

*Lib. 3. in* & Cyrillus testatur, sic scribēs: Ut pa-  
*Job. c. 34.* nis hic terrestris facit, imbecillitatē  
carnis nostræ sustinens atque conser-  
uans: ita & ipse per Spiritum sanctum  
spiritum nostrum viuificat, & corpus  
nostrum à corruptione liberat. Au-  
gustinus quoque dicit, nos ipsos ne  
victuros quidem, nisi per spiritualem  
connexionem membra Christi esse-  
mus. Sicut palmes non potest ferre  
fructum à semetipso, nisi manserit in  
vita: sic nec nos, nisi in Christo man-  
serimus. Quia sine me, inquit Domi-  
nus, nihil potestis facere. Huius igitur  
rei non modò admonet, sed certiores  
quoque facit Eucharistia. Quòd si lex  
potuisset viuificare nos, ex lege exti-  
tisset iustitia. Verùm quod lex in no-  
bis efficere non poterat, Deus per fi-  
lium præstitit, ut non amplius secun-  
dum carnem, sed secundum spiritum  
viuamus.

viuamus. Addit etiam calcar in hoc,  
 vt de manu inimicorum nostrorum  
 liberati, hoc est, à Diabolo, peccato  
 & morte, seruiamus Deo in sanctita-  
 te & in iustitia omnibus diebus vita  
 nostræ. Quemadmodum domestici  
 alicuius boni patris familiâs tanto li-  
 bentiâs suum officium faciunt gra-  
 tos se exhibendo, quantò liberalius à  
 Domino domus tractatos se animad-  
 uertunt: ita pij degustata bonitate  
 Domini, sensu benignitatis diuinæ  
 ita incitantur, vt alios quoque ad gu-  
 standam eandem gratiam inuitent,  
 iuxta illud: Gustate & videte, quod  
 bonus sit Dominus: felix ille vir, qui  
 sperat in eum. Reueremini Dominū  
 sancti eius, quoniam nihil deest his,  
 qui eum timent.

Cùm igitur tam piè tamq; hono-  
 rificè de cœna Domini sentiamus, &  
 loquamur: Iudicet Ecclesia inter il-  
 los & nos, utrius sinceriùs de tanto my-  
 sterio agamus. Illine, qui ad infaman-  
 dos & cōdemnandos innocentes ni-  
 hil faciunt reliqui, propterea quod  
 nouis

nouis & veteri Ecclesiae ignotis dogmatibus non subscribimus: An nos, qui sententiarum & connexionū veritate in hac causa probè muniti sumus?


Deus illuminet oculos mentis nostræ, ut discussa omnis superstitionis & erroris caligine, fulgorem diuinæ veritatis in verbo & sacramentis radiantis intueamur,

A M E N.

## ERRATA.


Folio 17. linea 4. lege præteruecti. fol. 19<sup>3</sup>  
 lin. 6. l. & amicorum. fol. 22. lin. 6. l. ad viuum.  
 fol. 27. lin. 12. l. agonotheten. fol. 29. lin. 6. l. for-  
 nace. fol. 30. lin. 13. l. conatur. ibid. lin. 22. l. fran-  
 gamur. fol. 39. linea 14. l. indicium. fol. 43. li. 20.  
 l. vos. fol. 54. lin. 3. l. genuinum. ibid lin. 24. l.  
 serendas. fol. 55. li. 25. l. ne si. fol. 60. lin. 5. l. iam.  
 fol. 65. lin. 4. l. vtcunque. fol. 68. lin. 16. l. indicat.  
 ibid. lin. 23. l. mox. pro. non. fol. 71. li. 15. l. vrgere.  
 fol. 78. lin. 10. l. sanctus. fol. 80. lin. 1. l. occultos.  
 fol. 81. lin. 14. l. obumbrare. fol. 85. lin. 4. l. negles-  
 citim. ibid. lin. 6. l. inspiciens fol. 90. lin. 9. l. illos.  
 fol. 91. lin. 5. l. sic. fol. 92. lege lib. 19. fol. 100. li. 12.  
 l. identidem. fol. 106. linea 17. l. coangustandis.  
 fol. 111. lin. 5. l. vocando. fol. 112. lin. 10. l. ad hoc  
 corpus.


corpus. fol. 113. li. 15. leius. fol. 116. lin. 15. l. quod.  
fol. 123. lin. 1. l. præcipue. fol. 125. lin. 12. lege præ-  
stitæ, pro iustitiae, ibidem linea 14. lege demita  
tentis, folio 127. linea 7. lege actionis, ibidem  
linea 16. lege Regnum. folio 128. linea 19. lege  
exuere. folio 133. linea 3. lege mentientibus. fo-  
lio 137. linea 2. lege tum, pro tantum. ibidem  
linea 9. lege voluisse. fol. 158. lin. 18. l. confictæ.  
fol. 162. lin. 23. l. oratione. fol. 165. lin. 1. lege ap-  
posite. fol. 175. lin. 10. l. illi. fol. 178. lin. 15. lege At-  
fol. 185. lin. 20. l. quodnam. fol. 187. lin. 19. lege &  
desiderabilis. fol. 202. lin. 20. l. Hinc. fol. 213. lin.  
10. lege nobis, pro, in nobis. fol. 215. lin. 20. lege  
est communicatio. fol. 231. lin. ultim. l. hac, fol.  
235. linea 13. lege Cum,



1938540

1505-7





charter so legatum missum

1. qmng  
separabiles  
et qmnic  
; p se apri  
c. am oitqz  
tumù et qd  
is futurum.  
b mch e quod  
nusutrisqz  
nisme n dem  
10. simulma  
e. **Si** ce e g **A**  
p. istimum  
grem altim  
et altum al  
mum erinp  
zsum ut ip  
e. Ome em  
tuniuoci  
et osimedi

